Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0002-4

Q. D. B. V.

# DISSERTATIO IURIS ECCLESIASTICI
DE
# OBLATIONIBUS QUÆ FIUNT IN ECCLESIA
PER
# SACCULUM SONANTEM,
vom
# Klinge-Beutel/

*Quam*
*Divina adſpirante Gratia,*
*RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO*

DN. GUILIELMO HENRICO
*SERENISSIMO JUVENTUTIS PRINCIPE*
DUCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, ANGARIÆ,
WESTPHALIÆ ET RELIQUA,
DUCATUS ISENACENSIS HEREDE
*INDULTU INCLYTI JCTORUM ORDINIS IN ILLUSTRI SALANA*
SUB PRÆSIDIO

DN. CHRISTIANI WILDVOGELII
ICTI CONSUMMATISSIMI
CONSILIARII SAXO-ISENACENSIS INTIMI
CURIÆ PROVINC. ET SCAB. NEC NON FACULTAT. JURID.
ASSESSORIS GRAVISSIMI
JUR. PUBL. ET FEUD. ITEMQUE COD. ET NOV.
PROFESSORIS ORDINARII
*Dn. Patroni ac Præceptoris omni animi cultu ætatem devenerandi*
*Ad diem Novembris MDCCV.*

IN AUDITORIO ICTORUM
Publicæ commilitonum diſceptationi exhibet
AUT. & RESP.
JOH. GEORG LAIRIZ. Barutho-Francus.

---

*JENÆ*, Litteris MULLERIANIS.

1705, 27a
E. 13. num. 32.
B 374.
KONIGL. UNIVERS. ZU HALLE
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0003-9

190

Σὺν Θεῷ πάλαιμα!

# PROSCENIVM.

DEliberandi mihi in vaſto ac ſpatioſo juris pelago, ecquam potiſſimum materiam ſub Diſputationis incudem vocarem, ea cumprimis meo arriſit palato, quæ OBLATIONES hodienum IN ECCLESIA PER SACCVLVM SONANTEM uſu receptas concernit, dum me ſingularis ipſius utilitas ad ſui elaborationem traxit, & quoniam hactenus illam in bibliopoliis publice proſtare non vidi. Aſt cum in hocce academico ſpecimine nonnulla fortaſſis minus accurate ſcripta obventura ſint, ea æquo ſuo judicio Lectorem benevolum compenſaturum eſſe confido. Cum autem bene & competenter omnia pertractentur, ſi rei principium ſit decens & amabile Deo, *Novell. 6. in princ. Præfat.* cujus Majeſtatis ſacris me vacare oportet. *L. 12. §. 4. ff. d. recept. arbit.* hanc propterea diſſertationem in nomine Domini Jeſu Chriſti aggredior, ut felix ingreſſus, felicior progreſſus, & feliciſſimus egreſſus exiſtat. Hoc fundamento ſubſtrato, ſit

192



# CAPUT I.

## *De Oblationibus Veteris Eccleſiæ.*

§. I.

ANtequam de *Sacculo ſonante* in Eccleſiis noſtris uſitato verba faciamus, in fundamentum iſtius, & unde mos iſte ad nos proceſſerit, inquirere convenit. Videtur autem inſtitutum hoc optima ratione derivari poſſe ab *Oblationibus* in veteri Eccleſia celebrare ſolitis, de quibus proinde quædam hoc capite præmonenda duximus. Et oblationis quidem vocabulum ab *obferre*. ſive, ut alii ſcribunt, *offerre*, quod Germanis eſt, darbringen/ deſcendere, omnibus notum eſt. Quoad ſignificationem vero ſuam varias patitur acceptiones: In proprio namque ſignificatu, oblatio denotat actum, quo quis alteri quid offert, ſive id ex obligatione fiat, ſive ex liberalitate, aut alia quadam intentione. Hoc vero in ſenſu aliter accipitur jure *civili*, aliter *canonico*. Jure namque Romano oblatio conſtituit certam ſolutionis,

*Oblationes ab offerendo dictæ.*

*Aliæ juris civilis:*

&

& quidem civilis, ſpeciem, qua debitor id, ad quod creditori ſuo obſtrictus eſt, loco & tempore opportuno eidem offert; eſtque vel *nuda*, vel *ſolennis*, de qua integer tractatus extat Schulzii *de oblation. conſign. & depoſuit.* & pluribus tractat Freyer. *tr. de ſolut. cap. 7. memb. 7.* itemque Briſſon. *d. ſolution. lib. 2. rubr. d. obſignat.* In ſignificatu vero juris Canonici oblatio nihil aliud deſignat, quam donationem bonorum temporalium, a fidelibus Deo ſive Eccleſiæ factam. *cap. 13. d. V. S.* Figuratam deinde quod attinet acceptionem, nonnunquam *Euchariſtiæ Sacramentum* vocatur *oblatio*, Græcis προσφορὰ, non ratione *actus* & *formaliter*, quaſi Sacerdos in eo proprie loquendo ſacrificet, ſed tantum ratione *materiæ*, quia diſtribuitur id, quod olim in cruce proprie ſacrificatum fuit. Conf. D. Danhaueri *Myſterioſophia fol. 73. ſeqq.* Atque hoc ſenſu concilium Laodicen. *can. 58.* oblationis vocem accipit, quando *Non oportere in domibus OBLATIONES celebrari ab Epiſcopis vel a Presbyteris* ſancit. Cæterum jus pontificium ut tale, Oblationis vocabulum ſenſu proprio ſumit, quoties *miſſam pontificiam* appellitat *oblationem:* Contendunt quippe Pontificii, in Miſſa ſua Sacrificium verum poprieque dictum peragi, ipſumque Dei filium Patri ſuo cœleſti in propitiationem peccatorum a Sacerdote offerri: Verum ſuperſtitionem iſtius oblationis pontificiæ, poſt Theologos noſtrates ex Ictis latius refutat Ziegler *ad Lancellot. lib. 2. tit. 6. §. 1 & 2.* Aliquando Oblatio deſignat *Hoſtiam ſacratam*, ſive oblationis objectum: ita enim in Ord. Romano legitur: *Cum venerit ad communicandum, Dominus Pontifex porrigit*

*Et quidem vel nudæ, vel ſolennes.*

*Aliæ juris Canonici,*

*Illæquæ vel impropria.*

194



git ei formatam atque ſacratam OBLATIONEM integram: Ab hac oblatione diverſæ ſunt *oblatæ* ſive panes ad ſacrificium oblati, aut hoſtiæ nondum conſecratæ, de quibus oblatis in Concilio *Aureliano* V. *cap.* I. agitur, & ſancitur: *Vt OBLATA, quæ in ſancto efferuntur altario, non aliter niſi ad formam Arelatenſis offerantur Eccleſiæ.* Denique accipitur etiam pro rebus, quæ a fidelibus & Chriſtianis *Eccleſiæ donantur*, qua ſignificatione hæc vox hinc inde in canonibus occurrit, ut in Concil. Aureliani *I. can. 5.* Aurelian. *II. can. 48.* Matiscon. *I. can. 4.* & paſſim in jure canonico, vid. *can. 9. 10. & 11. cauſ. 13. qu. 2.* it. *can. 13. & 14. cauſ. 10. qu. 1.* Ipſæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia domino offeruntur, inquit Urbanus Papa, in *can. 16. cauſ. 12. qu. 1.* Ad. Carol. du Freſne *in Gloſſar. Latin. verb. oblatio.*

*Vel propria.*

## §. II.

*Oblationes jure quoque civili Deo factæ.*

Oblationes iſtas Deo factas juri quoque civili non eſſe incognitas, patet ex *l. 5. §. 12. ff. de donat. inter vir. uxor.* ubi *Ulpianus* id quod maritus ad *oblationem Dei* uxori donavit, & ſi quid ei dat, ut *donum Deo detur*, valere, debere, decidit, & ſi oleum pro ea in æde ſacra poſuit, donationem ſubſiſtere, ſcribit. Id quod in favorem religionis & ſummi Numinis ita ſtatutum eſſe, notat Gothofred. *ibid. n. 81.* Quin & oblationes *Principi*, tanquam ſupremo poſt Deum in mundo gubernatori factas fuiſſe, & fieri debuiſſe, ex *l. un. C. d. oblat. vot.* liquet, ubi *Arcadius & Honorius* AA. profitentur, ſe *devotionem OFFERENDI*, quæ Principibus ineunte anno, ſeu, ut verba habent, *quando votis communi-*

*Itemque Principi.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0008-7

*munibus felix annus aperitur, in una libra auri & ſolidis obryzatis fiebat, animo libenti* eſſe ſuſcepturos ſtatuentes inſimul, *ut deinceps ſequentibus annis uniuscujusque ſedulitas Principibus talia inferat ſemper & deferat.* Uſitata præterea apud Imperatores Romanos erat *Oblatio Equorum*, ad rem militarem: nec non *Oblatio Tyronum*, de quibus videri poteſt *Tit. cod. Thedos d. Oblat. equor. & Tit. d. Tyron.* quæ oblationes omnes neceſſitatem quandam continebant. Erant quoque Oblationes *auri* ſpontaneæ, a Senatu ultro Principi factæ, unde *Auri oblatitii* nuncupatio *in l. 5. C. Theod. d. Senator* ortum ſuum accepit.

*Oblatio equorum, tyronum.*

§. III.

Oblationum Deo factarum a *Pontificiis* tres vulgo conſtituuntur ſpecies. Prima eſt illarum rerum, quæ inter vivos Deo offeruntur, vel Eccleſiæ: altera, quando mortis cauſa quid donatur, pro redemtione, ut dicunt, animæ: Tertia, quæ & *uſualis* vocatur, & illa, quam faciunt fideles, dum ad altare offerunt, vel ad manus ſacerdotis. Barboſ. *jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 23. n. 2. 3.* Atque poſtremi hujus generis oblationes quondam præcipue fiebant a communicantibus, & conſiſtebant in pane, vino aliisque ſimilibus rebus quæ eſui erant, nec non in pecunia, aut alia quavis re mobili, juxta Albaſpin. *Lib. 1. Obſ. 5. & 6.* Beſold. *Theſ. pract. verb.* Opffern. Ipſas tamen illas a communicantibus factas oblationes in duplici differentia fuiſſe, notat Gonzalez *ad cap. 3. X. D. celebrat. Miſſ. n. 2.* Aliæ namque de miſſis donariis ad peragendum ipſum Euchariſtiæ ſacramentum ſumebantur, & in ſolo pane & vino conſiſtebant,

*Oblation. jure can. tres Species.*

*Oblatio communicantium duplex.*

*can. Apoſt. 3. & can. 6. d. conſecr. Diſt. 2.* quia indignum judicabatur, de aliena oblatione communicare; aliæ vero ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ pauperumque deſtinabantur, & in quibusvis aliis rebus fieri conſueverant. *d. can. Apoſt. 3.* De priori oblationis genere illud adhuc nodandum, quod veteres Chriſtiani ad S. Cœnam acceſſuri non panem ſolum & vinum, ſed & alios cibos attulerint, ex quibus panis & vinum, quantum ſatis erat, ſeparabantur & ad cœnæ dominicæ uſum accipiebantur, de reliquis vero convivium apparabatur, cui tam divites quam egeni accumbebant, piis colloquiis & hymnis ſe mutuo recreantes, quæ convivio *agapæ* vulgo dici conſveverant, veluti ex Tertulliano, Albaſpinæo, Salmaſio, Covarruvia aliisque ſcriptoribus probat Ziegler *in Not. ad Lancell. Inſt. Jur. can. l. 2. tit. 20.* § 5. Videatur quoque Hildenbrand. *d. oblation. primit. eccl. cap. 4.* §. 13. *ſeq.*

*Agapæ veteris Eccleſiæ.*

## §. IV.

*Oblationes in vet. teſt præceptæ.*

Originem ſecundi generis oblationum ſi requiramus, in lege quidem veteri illarum præceptum contineri, teſtatur textus *Exod. 23. v. 15.* ubi divinum numen juſſit, *ne quis vacuus appareat in conſpectu ejus, & Num. 6. v. 11.* ubi Dominus ad Moyſen dixit: *Singuli duces per ſingulas dies offerant munera in dedicationem altaris.* vid. Barboſa *d. Jur. Eccleſ. Lib. I. cap. 4.* Suarez. *d. relig. lib. 1. c. 4.* Utrum verò poſteriori ævo, novi nim. fœderis, præceptum hoc repetitum ſit? non una omnium eſt ſententia. A parte namque affirmantium ſtat Azot. *p. 1. Inſt. moral. lib. 7. cap. 17.* & plures relati a Leandro in *præcept. Eccleſ. tract. 6.* qui moventur textu in *can. omnis 69. de conſecr. diſt. 1.* ubi ipſa verba Exodi ſupra

*In novo repetitæ.*

pra relata repetuntur, & jubetur, ut *omnis Chriſtianus procuret ad miſſarum ſolennia aliquid Deo offerre & ducere ad memoriam, quod Deus per Moyſem dixit: Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Etenim in collectis Sanctorum Patrum liquido apparet, quod omnes Chriſtiani offerre aliquid Deo ex uſu ſanctorum Patrum debeant.* Simile quid habetur in *can. 6. in fin. diſt. 32.* ubi Alex. II. mandat, ut *decimæ, primitiæ ſeu oblationes vivorum & mortuorum eccleſiis Dei fideliter reddantur a laicis.* Veruntamen præceptum hoc eſſe Eccleſiæ, non ipſius Salvatoris, quilibet videt. Et cum oblationes in veteri teſtamento Judæis impoſitæ ad cultum divinum externum pertinuerint, atque ad ſuſtentationem ſacerdotum, quibus nulla certa terrarum portio aſſignata erat, fuerint deſtinatæ, Stypman. *d. Salar. Cleric. cap. 1. n. 68. ſeqq.* ceſſantibus jam Judaicis ſacrificiis & lege ceremoniali, præceptum iſtud de oblationibus hodie Chriſtianos non amplius ſtringere, nemo non facile intelligit. Quin nec Eccleſiæ hoc eſſe præceptum, nec loca ſuperius allegata mandatum, ſed ſaltem monitionem continere, aſſerit Covarr. *lib. 1. variar. cap. 13. n. 1.* Zœſ. *in comm. ad tit. d. decim. n. 65.* aliique allegati a Leandr. *tr. d. oblat. diſp. 10. th. 4.* Oblationes enim non in ſe modo, ſed etiam ratione quantitatis & qualitatis hodie ſunt ſpontaneæ. Perilluſtr. Baro de Lynck. *analect. ad Deſſel. lib. 3. tit. 30. qu. 15.* Ungebaur *ad Decret. l. 3. tit. 30. n. 15.* Et hanc ſententiam probat non ſolum Tertulliani dictum, *in Apologet. cap. 29.* quando ſcribit: *Vnusquisque ſtipem menſtrua die, vel cum velit, etiam ſi modo velit, & ſi modo poſſit, apponit:* ſed & Concilium

*Ab eccleſia*

*Per modum admonitionis.*

*Hodie ſpontaneæ.*

198



Moguntinum, anno DCCCXIII. celebratum, quod *can. 44.* ita edicit: *Oblationes & pacem in Eccleſia facere jugiter admoneatur populus Chriſtianus, quia ipſa oblatio ſibi & ſuis magnum eſt remedium animarum.*

§. V.

*In certis tamen caſibus neceſſariæ.*

Utut gitur Oblationes iſtæ neceſſitate præcepti hodie regulariter haud nitantur; recenſentur tamen caſus nonnulli a doctoribus, in quibus Fideles ad oblationes faciendas ſunt obſtricti. Nimirum 1.) ſi conſuetudo adſit communis, uti in quibusdam regionibus adeſt, omnibus Chriſtianis oblationes injungens. Talis enim conſueduto vim legis habet, & omnino ſervari debet. *cap 42. d. Simon.* 2) quando quispiam ex voto proprio aut juſſu teſtatoris ad præſtandas eas obligatur: nam *qui obligationes defunctorum aut negant eccleſiis, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur*, juxta *can. 9. cauſ. 13. qu. 2.* & ſecundum Concilii Agathenſis, anno DVI. habiti decretum *cap. 2. Clerici vel ſeculares, qui oblationes parentum aut donatas, aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donaverint eccleſiis, vel monaſteriis crediderint auferendum, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab eccleſiis excludantur.* Tandem 3.) ſi parochus commoda ſuſtentatione careat: Tunc enim parochiani parochum ſuum alere tenentur, & hinc ad oblationes faciendas cogi poſſuut. Zœſ. *in d. tit. d. decim. n. 65.* Gonzalez. *ad cap. 13. X. d. V. S. n. 2.* Perilluſt. Baro de Lyncker *in analect. ad Deſſ. loc. cit.* Ungebaur *ad Decret. d. l.* Linck. *ad Jus Can. lib. 3. tit 30. §. 12.* Idem forte dicendum de pauperibus unius alicujus civitatis

aut

aut univerſitatis, ſi certi reditus ad illorum ſuſtentationem deficiant. quandoquidem in horum quoque uſum oblationes in veteri Eccleſia factas fuiſſe, conſtat. Stypman. *d. Salar. Cler. cap. 1. n. 257.* atque ſic hodienum in illorum commodum indici poſſe non dubitamus.

§. VI.

*Oblationū tempus.*

Ad *Tempus* harum quod Oblationum quod attinet, ſingulis initio menſibus eas congeſtas fuiſſe, ex *Tertul. Apologet. cap. 139.* colligitur: Cypriani deinde tempore a Fabiano Epiſcopo Romano decretum, ut hebdomatim & ſingulis diebus dominicis fierent. Caranz. *in Sum. Concil. Tit. Decret. Fabian. Pap. pag. 35.* vel etiam ſingulis diebus, uti Centuriæ Magdeb. innuunt. Vid. Stypman. *d. Salar. Cler. d. c. 1. n. 252.* Imprimis tamen dominicis ac feſtivis diebus, quibus homines ad Sacra conveniebant, celebratas fuiſſe, ſacrorum canonum monumenta edocent. Raro enim, imo nunquam fideles ad altare ſine oblatione accedebant. Hinc in concilio Matisconenſi II. anno DLXXXIIX. *can. 4.* ſtatutum legimus: *Vt omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur, tam panis, quam vini, ut per has immolationes & peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel vel cæteris juſte offerentibus promereantur eſſe conſortes.* Imo in Concilio Laodicenſi an. CCCLXIV. congregato, *can. 49.* prohibitum legimus *in quadrageſima panem offerri, niſi Sabbatho & Dominica tantum.*

§. VII.

*Locus.*

*Locum* Oblationum quod ſpectat, erat ille Eccleſia vel templum. Nec extra eccleſiam oblationes de-

ferre fas erat: Qua de re Concilium Gangrenſe, circa annum Dom. CCCXXIV. *can. 7. ita ſtatuit: ſiquis oblationes eccleſiæ extra eccleſiam accipere vel dare voluerit, præter conſcientiam Epiſcopi, vel ejus, cui hujuscemodi officia commiſſa ſunt, nec cum ejus agere voluerit conſilio, anathema ſit.* Ratio hujus conſtitutionis in eo conſtitiſſe videtur, ne munera iſta ad ſuſtentationem ſacerdotum ac pauperum deſtinata, ab aliis ſubducantur aut in alios profanos uſus convertantur, quin & ut tanto major auctoritas vel ſanctitas ipſis rebus oblatis accederet. Neque tamen oblationes iſtæ panis & vini aliarumque rerum, quæ in eccleſia fiebant, ſtatim altari apponebantur, ſed ad locum certum deferebantur, quem *Gazophylacium* appellitabant; id quod colligitur ex *can. 93.* Concilii Carthaginenſis, quem Gratianus iu *can. oblationes 2. diſt. 90.* his verbis refert: *Oblationes disſidentium fratrum neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiantur.* Quemadmodum vero juxta ea, quæ *ſupra* §. *III.* dicta ſunt, oblationes ad Euchariſtiæ materiam pertinentes, diverſæ erant ab aliis oblationibus, quæ ad alium uſum ſacrum afferrebantur, ita locum quoque ſingulis ſeparatum deputatum fuiſſe, ita ut oblatio panis & vini ad Miſſæ ſacrificium altari impoſita, reliquæ vero gazophylacio fuerint illatæ, notat Gonzalez. *Comment. ad cap. 13. d. celebr. Miſſ. n. 2.*

§. VIII.

*Offerentium perſonarum qualitas.*

Illud præterea monendum eſt, non quasvis perſonas ad oblationes iſtas peragendas fuiſſe admiſſas, ſed *fideles* tantum. Atque hinc a Catechuminis, ſive iis, qui in fidei ſalvificæ articulis adhuc informabantur, & communionis ſacræ nondum erant participes,

haud

haud accipiebantur oblationes, cum hi nomine fidelium non comprehenderentur, prout fuſius oſtendit Dn. Pfanner *Tr. d. Catechum. cap.* 2. Sed & illos ab oblationibus repellebat diſciplinæ veteris ſeveritas, qui crimine inſigniori polluti, nomine Chriſtianorum aut fidelium indigni reputabantur, veluti uſurarios manifeſtos, de quibus in concilio Lateranenſi I. *can.* 25. ita ſancitum: *Uſurariorum manifeſtorum Oblationes ne quis accipiat, qui autem acceperit, reddere compellatur;* nec non fratres diſſidentes, *can.* 2. *diſt.* 90. itemque eos, qui pauperes opprimunt, *d. can. verſ. dona* ut & hæreticos. *cap.* 13. *verſ. credentes. in fin. X. d. hæret.* Raptores quoque *cap. X. d. rapt.* & illos, qui neglecto pietatis officio filios ſuos exhæredant. *can. fin. cauſ.* 17. *qu.* 4. præterea generatim omnes impios. *can.* 27. *cauſ.* 1. *qu.* 1. Dona quippe iniquorum non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes eorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. *can.* 11. *cauſ.* 14. *qu.* 5. Denique ab eo, qui non communicat, Epiſcopum munera ſeu oblationes accipere prohibet Concilium Elibertinum, *can.* 28. & illi, qui pœnitentiam ſolennem agunt, tertio quoque anno extra eccleſiam inter audientes ſine oblatione adſtare jubentur, *in can.* 17. *cauſ.* 12. *qu.* 2.

§. IX.

*Finis Oblationum.*

*Finem* harum Oblationum ſi conſideremus, apparet ad ſuſtentationem tam clericorum, quam pauperum, viduarum, pupillorum aliarumve miſerabilium perſonarum illas primitus fuiſſe introductas: Deo enim offerri dicitur, quod ejus miniſtris nec non ege-

202



nis tribuitur. Et principaliter quidem oblationes iſtas ſacerdotibus factas illisque debitas fuiſſe, probatur authoritate Hieronymi in *can. 13. cauſ. 10. qu. 1.* ita ſcribentis. *Quia ſacerdotes pro omnibus orare debent, quorum eleemoſynas & oblationes accipiunt, qua fronte præſumunt laici oblationes, quas Ccriſtiani pro peccatis ſuis offerunt, vel comedere vel aliis concedere. Et ſacerdotibus tantummodo, qui quotidie domino ſervire videntur, oblationes comedere & bibere licet, quia in veteri teſtamento prohibuit dominus penes ſanctos comedere filiis Iſrael, niſi tantummodo Aaron & filiis ejus, ſcribit* Damaſus Papa in *can. fin d. cauſ. 10. qu. 1.* Ipſos tamen ſacerdotes fideliter oblationes e populo Deo exhibitas diſpenſare teneri, partim quidem expendendo eas ad cultum divinum, partim ad proprium victum, cum qui altari ſerviunt, de altari participant *1. ad Cor. 9.* partim etiam in uſus pauperum, quippe qui de rebus eccleſiæ ſuſtentandi ſunt, præclare docet, Jo. Anton. a S. Gegio, dictus Præpoſitus *in com. ad can. 13. d. qu. 1. n. 1.* Cæterum ab eleemoſynis differre Oblationes in eo, quod iſtæ privatis perſonis offerantur, hæ vero eccleſiæ & ejus nomine Epiſcopo, notat. Illuſt. Dn. Stryck. *ad Brunnem. Jus Eccleſ. lib. 2. cap. 6. §. 17. verb. Oblationes.* Et ſi de Oblationibus præſtandis aut dividendis difficultas oriatur, eecleſiæ conſuetudinem attendendam eſſe, teſtatur *cap. 9. X. d. ſepult. cap. 29. d. V. S. & can. 6. cauſ. 10. qu. 3.*

§. X.

*Oblationes ab Epiſcopo diſtributæ.*

Cum igitur eccleſiæ in pauperum & ſacerdotum uſum oblationes fierent, hinc ante diviſionem bonorum eccleſiæ, uti omnia bona, ita oblationes quoque

in

in communi ab Epiſcopo, clericis & pauperibus poſſidebantur, ab Epiſcopo vero diſtribuebantur. Gonzalez. *ad cap. 2. X. d. offic. vicarii verb. Oblationes.* Poſtea ſolus Epiſcopus nomine eccleſiæ oblationes fidelium rite factas recipiebat. Hinc Symmachus Pont. in VI. Synodo Romana juſſit, ut oblationes fidelium a nemine percipiantur, absque conſenſu, & voluntate Epiſcopi, quæ prohibitio, ut & concilii Gangrenſis hac de re promulgatum decretum recẽſetur in *can. 57. cauſ. 16. qu. 1.* An vero eadem oblationes recipiẽdi facultas monachis ſit conceſſa, dubitatum quondam fuit, ſed poſtmodum deciſum, in *cap. 1. X. d. ſtat. monach.* in quo Gregorius Archiepiſcopo Neapolit. reſcribit, *quod monachis ſibi ſervientibus proficere debeat, quicquid a fidelibus offerri, contingit.* Idem aſſeritur in *cap. 16. X. d exceſſ. præl.* ubi & univerſis eccleſiarum prælatis injungitur, *ne quod monachis pia fidelium devotione donatur, ab ipſis extorquere oblationis nomine contendant.* A laicis igitur oblationes occupari non poſſunt, *cit. text.* niſi antequam conſecrentur, idque ex diſpenſatione Sacerdotis, ſive per modum donationis ſive per modum venditionis. Præpoſ. *in d. can. 13. n. 3.* Alius equidem, isque ultimus & præcipuus, oblationum finis a papicolis ſtatuitur, remiſſio nimirum peccatorum & animarum ſalus: quemadmodum Symmachus Pontifex in *can. 57. cauſ. 16. qu. 1.* valde iniquum eſſe, ſcribit, ut quæcunque vel *pro remedio peccatorum, vel ſalute, vel requie animarum ſuarum* unusquisqse venerabili eccleſiæ contulerit, in aliud transferatur vel convertatur; et Fabianus Papa oblationes iſtas fieri decrevit, ut per has

immola-

204



immolationes *à peccatorum ſuorum faſcibus homines liberentur*, notante Caranza *in Summ. Concil. pag. 35.* Iſtotumque Canonum falsâ auctoritate inductus Gonzalez *in coment. ad cap. 2. X. d. conſuet. n. 6.* ſcribit: *Oblationes a fidelibus fiunt ob læſam Dei Majeſtatem: nam cum ejus clementiam continuo ſcelere laceſſimus, modum aliquem invenire oportuit, quo placaretur & ejus miſericordia impetraretur.* Verum enim vero neque oblationes, neque eleemoſynas aut alia ſimilia bona opera remiſſionem peccatotum operari, conſtans noſtratium Theologorum inque verbo divino fundata ſententia eſt, cum ex parte noſtra nihil omnino ſit, quod bonum aliquod ſpirituale promereri queat. Vid. Ziegler *in Not. ad Lancell. lib. 2. tit. 5. §. 12. verb. cooperantibus.* Ipſarum quoque animarum liberationem ex purgatorio per oblationes iſtas promoveri crediderunt & adhuc credunt pontificii, adeoque omnia ſua bona profundere maluunt, quam in miſeriarum barathro cruciari. Monzamban. *d. ſtat. Germ. c. 3. §. 7. in fin.*

§. XI.

*Oblationes hodi fiunt per Sacculum ſonantem.*

Atque ex his jam eluceſcit convenientia veterum iſtarum oblationum cum illis, quæ hodie in noſtris eccleſiis, inter ipſa ſacra per ſacculum ſonantem colligi ſolent. Licet enim oblatio iſta panis & vini ad S. Cœnæ adminiſtrationem, nec non comeſtibilium, alteriusque generis rerum exhibitio uſu deſierit, alio tamen modo pauperibus, Clericis, imo ipſi eccleſiæ ſuccurrere viſum fuit prudentibus Rerumpublicarum eccleſiarumque rectoribus, dum vel per expoſitionem vaſium æneorum (quæ *conchas* vocat concilium Elibertinum *can. 48.* ad templi fores, vel per lauſas pyxi-

des parietibus templorum aut diverſoriorum affixas, vel emiſſos miniſtros, certis literis ac libellis petitoriis eum in finem exaratis & traditis inſtructos, pecuniam colligi faciunt in prædictum uſum pium expendendam. Ziegl. *ad Lancell. lib. 2. tit. 20.* §. 5. De priori modo in eccleſiis noſtris recepto jam nobis agere viſum eſt, ita quidem, ut non tantum ejus cauſas, tam efficientem quam formalem & finalem, ſed & alia ad rem illuſtrandam facientia breviter expendamus. Sit igitur

# CAPVT II.

## DE

## *Sacculo ſonante in genere nominisque ſignificatione.*

§. I.

Oblationes veterum Chriſtianorum non penitus in noſtris eccleſiis ceſſare, ſed modum ſaltem eſſe immutatum, eumque per collectionem iſtam, quæ dominicis, aliisque, quibus ſacra fiunt, diebus per ſacculum ſonantem peragitur, ſuppleri, certum eſt. Antequam vero tracta-

 tio

tionem hanc aggrediamur, pauca quædam de SACCI vocabulo notare, operæ pretium eſſe duximus. Nimirum vocem *Sacci* multorum opinione in omni linguarum genere & apud omnes gentes reperiri, ſolamque ex confuſione idiomatum circa ædificationem turris Babylonicæ orta remanſiſſe creditur. Ahasv. Fritſch. *in addit. ad Speidelii Spec. jurid. lib. 5. n. 2.* Monatliche Unterred *d. ann. 1690. menſ. Januar. pag. 80.* Atque hinc, primitivam eam eſſe liquidiſſime conſtat. Varias autem vocabulum illud obtinuit ſignificationes. Primario quidem nihil aliud denotat, quam inſtrumentum ad recondendum aut recipiendum frumentum, æs aliasque plures res mobiles confectum; communiter vero ad nummos reponendos refertur, & *marſupium*, *loculus*, *crumena* appellari ſolet. Hoc in ſenſu a JCto adhibetur *in l. 105. ff. de ſolut.* ubi dicit, creditorem ſpatium quoddam temporis debitori indulgere, nec eum *cum Sacco* adire debere: nec non *in l. 26. §. 1. depoſ.* ubi epiſtolæ forma proponitur, in qua Titius ſcripſerat, habere a Sempronio auri pondo plus minus decem & *Saccum ſignatum*: itemque *in l. 77. ff. d. furt.* ubi Pomponius eum, qui *Saccum* habentem pecuniam ſurripit, furti etiam *Sacci* nomine teneri docet *add. l. 21. §. 2. eod.* In aliis præterea legibus *Sacculus* vocari conſvevit; hinc *in l. 1. §. 36. ff. depoſ.* quæritur: Si pecunia *in Sacculo ſignato* depoſita ſit & unus ex hæredibus ejus, qui depoſuit, veniat repetens, quemadmodum ſatisfaciat? item *in l. 29. depoſ.* ubi JCtus eum, qui *Sacculum* vel argentum ſignatum depoſitum contractaverit, & depoſiti & furti actione teneri, ait. Nec non *l. fin. ff. d.*

*Sacci vox in omnibus linguis niſi nata.*

*Sacco quid proprie.*

*Ejus variæ appellationes.*

*cum Sacco adire.*

*Sacculus.*

*ff. d. leg. commiſſ.* ubi Scævola emtorem in legem venditionis non commiſiſſe ſcribit, ſi ſtatuto die teſtatus eſt, ſe pecuniam omnem reliquam paratum fuiſſe exſolvere, & *Sacculum* cum pecunia ſignatorum depoſuit. Porro in *Sacculo ſolvere* Ulpianus ait, in *l. 25. §. 1. verſ. quid in tamen. de uſufr.* quod item eſſe, ac *in folle ſolvere*, Gothofred. explicat. *ad d. l. n. 8.* qua phraſi idem JCtus utitur in *l. 3. §. 6. ff. d. ſtat. lib.* Frumentis quoque adhibitos fuiſſe *Saccos* conſtat ex *l. 40. §. 3. d. contr. emt.* ubi Paulus illud quod ex *Sacco ſaccarii* cecidiſſet, ſub venditione manu ſatorum comprehendi, exiſtimat. Ex quo nomen deſcendit der Sackzehenden/ id eſt cenſus frumentarii in ſaccis afferri ſoliti. Limn. *Jur. publ. lib. 6. cap. 4. n. 20.* item der Sackherrn/ qui ſc. nihil cum jurisdictione commune habent, ſed quibus ſubditi tantum certam frumenti quantitatem ſolvere tenentur. Speidel. *Spec. jur. verb.* Leibherrn. Sed & aliis pretioſioribus rebus condendis Sacculos uſum præbuiſſe, apparet ex *l. 12. C. de curſ. publ.* ubi auri centenaria, id eſt ornamenta veredorum, ab hippocomis in ſolitis *Sacculis* reportare jubent Imperatores. Quo pertinet id, quod regius Pſalmiſta precatur in *Pſalm. 56. verſ. 9.* quando DEO lachrymas ſuas commendat in utere ſeu *Sacco ſuo* aſſervandas, verb. Zehle meine Flucht/ faſſe meine Thränen in deinen Sack. Lachrymæ nimirum piorum pretioſæ ſunt, inſtar gemmarum & margaritarum, quas gemmarius aut mango in mantica ante ſe inque conſpectu ſuo ferre ſolet, ſubinde cum ſtudio recenſes; & providentia DEI eſt mantica, in quam DEUS conjicit omnes noſtras curas & lachrymas, eam-

*Sacculo ſolvere.*

Sackzehend

Sackherrn.

 que

que non habet a tergo pendentem, ſed a fronte præſentem, veluti dictum illud Davidicum pie exponit Urſin. *Vol. analect. ſacror. lib. 5. anal. 45.*

§. II.

*Saccarii.* Annalibus jam Saccis ſeu ſacculis *Saccariorum* nomen deſcendit, de quibus in ſupra allegata *lege 40. §. 3. d. contr. emt.* ſermo eſt. Eo autem nomine indigitantur illi, qui ſaccis merces transferre, & hac ſua opera quæſtum facere ſolent, germanico idiomate Sackträger vocati Gloſſa aſinarios dicit, qui frumenta deferunt, *ad d. l. 40. §. 3. lit. p.* qui nobis Eſeltreiber audiunt. Inde Apulejo *ſaccariam facere* idem eſt, ac in tali negotiatione verſari. Calvin. *lex. jurid. verb. Saccarius.* Ejusmodi *Saccarios* quondam in portu urbis Romæ publica authoritate conſtitutos fuiſſe, ut ſpecies aliunde advectas non ſolum in horrea publica, fiſcalia & piſtoria, ſed etiam in privatorum ædes comportarent, diſcimus *ex l. un. C. Theod. d. Saccar. portus Romæ,* in qua Impp. Valentinianus & valens ad Symmachum P. V. ita reſcribunt: *Omnia, quæcunque advexerint privati ad portum urbis æternæ, per ipſos SACCARIOS, vel eos qui ſe huic corpori permiſcere deſiderant, Magnificentia tua jubeat comportari, & pro temporum varietate mercedes, conſiderata juſta æſtimatione, taxari.* Scilicet annonæ urbicæ favore corpus hoc *Saccariorum* Reip. admodum neceſſarium conſtitutum, inſimulque ipſis hiſce operariis privilegium, quod monopolii ſpeciem habet, ne ſcilicet ipſis deſit, quo vitam ſuſtinere poſſint, conceſſum fuiſſe, putat Jacob. Gothofr. *in Comment. ad d. l. un.* Ad eundem modum non ſolum alicubi in

Galla Veſpilliones hodie *Saccars* vocari idem, notat, ſed & in celebrioribus emporiis bajulos certos mercibus transferendis haberi, qui Packträger appellantur, notius eſt, quam ut probari ſit neceſſum. Huc quoque ſpectare *navem Saccariam* apud Quintil. *lib.* 2. ſive Saccis frumento plenis oneratam, putat Ludov. Cæl. Rhoding. *lect. antiqu. lib.* 25. *cap.* 20. Cæterum per metaphoram *Saccularia opera* prædicatur de rabulis & ſycophantis forenſibus, qui nullam juris & boniæquive rationem habentes, nil, niſi formulas *in ſacco* concluſas habent ſtylo mercenario iſtinc eruendas, iisque lucrum & quæſtum inſtar Saccariorum faciunt. Vid. Eraſmi *Chiliad. adag. Tit. proprii commodi. in fin.* *Navis Saccaria.* *Saccularia opera.*

§. III.

Alii plane ab hiſce Saccariis ſunt *Saccophori* ſeu *Saccofori*, quorum mentio injicitur *in l.* 5. *C. d. Hæret. & Manich.* & quibus una cum aliis ibidem nominatis omnem in Romanum locum conveniendi morandique facultatem Imperatores adimunt. Deſumta nimirum & interpolata eſt lex iſta Codicis Juſtinianei ex *leg.* 65. *Cod. Theod. d. Hæret.* quam ſpeciatim contra Manichæos Gratianus, valentinianus & Theodoſius A A A. promulgarunt, infamiæ pœnam illis indicentes, & teſtandi, donandive aut capiendi aliquid, coeundi item in oppidis & urbibus, poteſtatem adimentes. Cum autem nonnulli commune odium pœnasque in Manichæos ſtatutas evitare, ac varietate nominum, velut religioſæ profeſſionis & propoſiti caſtioris officia mentiri, maligna fraude ſe defendere conarentur, & Encratitas, Apotactitas, Hytroparaſtatos vel *Saccoforos* ſe *Saccophori.* *illorum pœna.*

 nomi-

nominari vellent, eadem pœna dignos reputaruut laudati imperatores, eosdemve non profeſſione defendi nominum, ſed notabiles atque execrandos haberi ſcelere ſectarum voluerunt, prout verba dictæ legis ſonant. Appellabantur vero *Saccofori* a *Sacci* geſtamine, quo ſolum ab *Hydroparaſtatis* differebant: hinc & in ſequenti *leg. 9. C. Theod. d. t.* cum his conjuguntut & pro iisdem reputantur, atque proditi crimine, vel in mediocri veſtigio facinoris hujus inventi ſummo ſupplicio & inexpiabili pœna affligi jubentur. Vid. plura apud Gothofr. in *Comment. ad. d. l. 7.* Inſequentibus poſtea temporibus certus Monachorum ordo iterum inſurrexit, qui *de pœnitentia Jeſu Chriſti*, vel *de Saccis* appellabantur, *Saccini* item vel *Saccitæ* & *Saccati* ex eo dicti, quod *Saccis* pro veſte uterentur. Prodiit quoque ordo *Sororum de Sacco*, quæ propter ſcapulare, quod ex humilitate *de ſaccino panno*, & ex quo Sacci confici ſolent, (Sackzwillig) nomen ſortiebantur. Atque horum omnium mentionem prolixe facit Carol. du Freſne *in Gloſſar. Latin. verb. Sacci*; eundemque ordinē in Concilio Lugdunenſi anno M. CCLXXV. proſcriptum fuiſſe, idem docet, *cit. loc.*

*Saccini & Saccitæ. Sorores de Sacco.*

§. IV.

*Saccularii*

Ab his denique differunt *Saccularii*, quos Ulpianus in *l. 7. ff. d. extraord. crim.* eſſe dicit, qui vetitas in *ſacculo* artes exercentes, partem ſubducunt, partem ſubtrahunt, id eſt, manuum agilitate, & ſubtili ingenio aurum aut aliud quid afferre norunt, german. Beutelſchneider dicti, de qnibus vid. Diſſ. Illuſtr. Stryck. *de Saccul. & direct. cap. 1. n. 12. ſeq.*

§. V.

§. V.

Sed progrediamur ad enarrandas alias vocis *Sacci* ſignificationes. Conſtat nimirum, *Saccum* inter veſtimenta quoque referri, non ſolum ſecularia, ſed & eccleſiaſtica. Veſtibus ſane regiis, in conſecratione Franciæ Regum adhiberi ſolitis, *Saccus* accenſetur; σάκκον enim ſeu *ſaccum* induiſſe Imperatores Conſtantinopolitanos, talarem nempe, ex villoſo ſerico totum corpus obtegentem, liberos inceſſus non permittentem, aeeoque ſacci figuram referentem, patet ex his, quæ adducit Car. du Freſne *in Gloſſ. verb. Saccus.* Fuiſſe etiam *Saccum*, Patriarcharum vel Epiſcoporum apud Græcos veſtitum, idem memorat. *d. l.* Sed & inter Monachicas veſtes *Saccus* refertur, diciturque fuiſſe ſordidum quoddam amiculum, quod cæteris veſtimentis ſuperaddebatnr, a cilicio in hoc diverſum, quod iſtud e pilis caprinis contextum, nudæ carni inhærebat. Car. du Freſne. *cit. loc.* Videntur hoc indumenti genere uſi quondam fuiſſe pœnitentes, qui in cinere & ſacco pœnitentiam egiſſe in ſacris dicuntur.

*Saccus pro veſtimento Regum.*

*Patriarcharum.*

*Monachorum.*

*Pœnitentium.*

§. VI.

*Saccus* præterea lecti quoddam genus, quod *paillaſſe* Gallis vocatur, deſignat, hocque ſenſu adhibetur in regula ordinis Canonicorum S. Marci, annotante du Freſne *in Gloſſar. verb Saccus.* dum ita ſcriptum legitur: *Sufficiat autem cuilibet unus* SACCUS *& unum capitale de plumis, quod duorum pedum longitudinem non excedat.* Aliis in locis vocatur *Sacco*, & habetur in Bulla Pontificis Urbani VI. pro Sororibus Minorum, quam refert Freſne *verb. Fiſco.* eamque recenſet his ver-

*Saccus pro lecto.*

2/2



verbis: *Liceat autem unicuique SACCONEM plenum habere de palea, vel de fœno, vel ſtramen, vel ſaltem fœnum vel ſtipulam pro SACCONE.* Fuit porro *Saccus* ponderis lanarii ſpecies apud Anglos & Scotos, conſtans 28. petris, *petra* vero 12. libris & dimidia, de quo plura apud Car. du Fresne *alleg. loc.* videri poſſunt.

*Pro pondere.*

§. VII.

*pro fiſco.*

Accipitur denique *Saccus* nonnunquam pro *fiſco* ſive theſauro, per metonymiam continentis pro contento. Quo in ſignificatu *Sacculi* quoque nomen in uſu eſt, uti apparet ex Gregor. M. qui *lib. 1. Epiſt. 42.* ita ſcribit: *Nos SACCVLVM eccleſiæ ex lucris turpibus nolumus inquinari.* Quin & *Saccellum* ſeu *Sacellum* idem denotare ex Concilio Metenſi. *can. 3. & 4.* probat Freſne, *in Gloſſar. verb. Saccellum.* Unde *Sacellarii*, ſive *Saccelli*, aut fiſci cuſtodes dicti fuerunt. Id. *ibid.*

*Sacellarii.*

§. VIII.

*Saccus ſervus.*

Illud quoque prætereundum non eſt, *Sacci* nomen ſervis apud Romanos nonnunquam fuiſſe inditum, id quod apparet *ex l. 44. d. man. teſtam.* ubi Mævia decedens ſervis ſuis libertatem ſequentibus verbis reliquiſſe memoratur; *SACCVS ſervus meus & Eutichia Hirene, ancillæ meæ, omnes ſub hac conditione liberi ſunto, ut monumento meo alternis menſibus lucernam accendant & ſolennia moris peragunt.* Et quæritur, *cum adſiduo monumento SACCVS & reliqui non adſint, an liberi eſſe poſſint?* reſpondit vero Modeſtinus, *mentem teſtatoris eam non eſſe, ut libertas ſub conditione ſuſpenſa ſit, officio tamen judicis eos eſſe compellendos, teſtatricis juſſioni parere.*

§. IX.

§. IX.

Vt igitur ad primitivam *Sacculi* ſignificationem atque uſum redeamus, qui in colligendis pecuniis aliisve rebus mobilibus aſſervandis conſiſtit, negari nequit, in primitiva eccleſia Sacculum eundem hunc uſum in oblationibus fidelium præſtitiſſe. In ordine quippe Romano, quem refert Car. du Freſne *in Gloſſ. verb. Saccus*, hæc inter alia leguntur verba: *Et accedentes Subdiaconi ſequentes cum Acolytis, qui SACCVLVM portant a dextris & a ſiniſtris altaris, extendentibus Acolytis brachia cum SACCVLIS, Subdiaconi ſequentes ſtant a fronte, ut parent ſinus SACCVLORVM Archidiacono, ad ponendas OBLATIONES, prius a dextris, deinde a ſiniſtris.* Nec dubitare licet, oblationes a fidelibus in ipſa eccleſia factas, præter panem & vinum, quæ ad S. Euchariſtiæ uſum afferrebantur, ſacculis iſtis fuiſſe receptas & aſſervatas: hinc enim *ante pontificem chriſma, Evangelia vero, ſindones, SACCVLOS & aquam manus poſt eum* acolytos *portaſſe*, ex eodem ordine Romano obſervat Freſne *cit. loc.* Atque hinc mirum haud eſt in noſtris eccleſiis ritum iſtum portandi Sacculos, ſeu loculos, iisque ea quæ a Chriſtianis in celebratione ſacrorum ex libera voluntate ac pio Zelo offeruntur, colligendi etiamnum ſervari. Ceſſante nimirum antiquo offerendi ritu, mos iſte colligendi pecuniam per ſacculum ſonantem, vicem iſtarum oblationem ſupplet, Linck. *Tr. d. jur. Templ. cap. 8. n. 99.* ut ſic optima ratione ea, quæ de oblationibus veterum Chriſtianorum in ſacris canonibus traduntur, ad collectionem hanc applicari queant.

*Sacculi uſus antiquus in eccleſia.*

*& hodiernus.*

214



§. X.

*Sacculi ſonantis deſcriptio.*

Hiſce igitur prælibatis definitionem *ſacculi ſonantis* hanc ponere licet, quod ſit *res ſeu inſtrumentum ſacrum, autoritate Epiſcopi cultui divino deſtinatum, ad colligendas in eccleſia pecunias, a Chriſtianis ſponte oblatas, pro ſuſtentatione ipſius eccleſiæ, ejusdemque miniſtrorum, nec non pauperum & perſonarum miſerabilium, aut ad alium pium uſum erogandas.*

§. XI.

*Refertur inter res ſacras.*

Generis loco *rem* ſive *inſtrumentum* & quidem *Sacrum* adhibuimus. Sacculum enim inter vaſa & cimelia eccleſiarum, perinde uti calices, patinæ, veſtes & ornamenta, queis in eccleſia ad cultum divinum peragendum utimur, referri ſolere, nemo eſt qui ambigit. Licet vero in noſtratibus eccleſiis conſecrationes vaſorum iſtorum & benedictiones ſuperſtitioſæ, quæ hodienum apud Pontificios vigent, non amplius obtineant, vid. Ziegler ad Lancell. *Inſt. jur. can. lib. 2. tit. 18. §. 12.* ipſa tamen deſtinatio iſtarum rerum ad cultum divinum autoritate epiſcopali facta, eandem ab uſu profano ſegregat; ita ut humani amplius juris eſſe haud intelligantur, ſed ſacris & DEO dicatis merito accenſeri debeant. Dn. Schilter. *Jur. eccleſ. tit. 6. §. 1. in fin.* Brunnemann. *Jus Eccleſ. lib. 2. lib. 2. cap. 2. §. 1.* Hinc in ſolennitate inaugurationis templorum noviter ædificatorum, non ſolum ſacra biblia una cum codicibus lectioni ſacræ deſtinatis, chlamydem etiam, calicem, patinam ſimiliaque vaſa ac ornamenta ſacra, ſed & *ſacculum ſonantem* tanquam cimelium & clinodiam eccleſiæ publice præferri, inque locum templi peculiarem reponi moris eſt, ad eundem

dem fere modum, qui in ordine Romano jam ſupra exhibito obſervatur, ubi acolyti chriſma ante pontificem, Evangelia, ſindones, *Sacculos* & aqua manus poſt eum portare jubentur.

§. XII.

Ad Synonyma Sacculi noſtri id pertinet, quod is quibusdam in locis vocetur das Cymbel-Säcklein/ qua appellatione Potentiſſimus Elector Saxo utitur in General-*Decret. d. anno 1624.* §. es ſollen auch ꝛc. Nonnunquam etiam ſimpliciter vocatur das Säcklein/ ut in *Decret. Elect. Sax. gener. art. 34.* Aliis dicitur das Sammel-Säcklein / veluti eſt apud Bardili *Exercit. theor. pract. 34. th. 20.* In noſtris eccleſiis communiter appellare conſvevit der Klinge-Beutel / ceu ex ſequentibus pateſcet. Ad hujus jam tractationem ſpecialiorem nos convertimus. *Sacculi ſonantis ſynonyma.*

# CAPUT III.

## De *Cauſa efficiente Sacculi ſonantis.*

§. I.

EXpenſis nunc iis, quæ velut præcognita ad faciliorem noſtri argumenti intellectum faciunt, juxta methodi, quam amplexi ſumus, leges, ad explicandam Sacculi ſonantis cauſam efficientem jam *Cauſa efficiens.*

216



convertimus. Intelligimus autem his cauſam efficientem non *phyſicam*, ſive eam, quæ ſacculum iſtum manibus ſuis conficit, & immediate producit, ſed *moralem*, ac ſpeciatim moralem mandantem, cujus ſcilicet juſſu ac mandato ſacculus iſte efficitur, & ad ſacrum uſum adhibetur. Hanc vero nullum alium eſſe, quam eum, cui jus circa ſacra competit, quilibet facile largietur. Inſtituitur enim hæc per ſacculum facta collectio pecuniarum in uſum eccleſiæ, ipſeque colligendi ritus ad liturgiam pertinet, cujus utriusque diſpoſitio nemini præter Epiſcopum, aut eum, qui jura epiſcopalia exercet, tribui poteſt. Vid. Carpzov. *lib. 2. def. eccleſ. 324. & 221.* Atque hinc apparet, non ſolis clericis hanc circa ſacra poteſtatem aſſignandam eſſe, ſed Magiſtratui quam maxime Politico, qui ſupremum in republica regimen tenet, competere, cum eccleſia ſit in Republica ejusque partem conſtituat, adeoque is qui Reipubl. præeſt, non poſſit non ſimul præeſſe eccleſiæ, eamque externe regere. Schvved. *de jur. publ. part. ſpec. ſect. 1. cap. 5. §. 1. & ſect. cap. 12. §. 1.* Reinkingius *d. Reg. Sec. & Eccl. lib. 3. claſſ. 1. cap. 1. n. 10. ſeqq.* Et hanc quidem ſententiam probat non ſolum ſacræ literæ. *Rom. 13. v. 11.* ipſumque divinum præceptum poteſtati civili curam ſacrorum deferens. *Deut. 17 v. 18. 19.* ſed & exempla in ſacris bibliis propoſita confirmant. David ſane, ſervus DEI amantisſimus, cum ſpiritu prophetico omnia conſtituerit, ſacrum quoque cultum ordinavit, idque munere regio. *II. Sam. 6. v. 10.* Et ſi oculos ad reges Iſraeliticos convertimus, comperimus quod Joas ſpeciatim diſpoſuerit, quomodo ſacra pe-

*Supremus Princeps.*

cunia

cunia colligi & in quem uſum converti debeat. *II. Reg. 12. v. 5. 7.* neque hoc ex præſcripto Archiſacerdotis Jojadæ fecit, ſed ipſi Jojadæ mandavit, ut juxta præceptum ſuum pecuniam diſpenſaret. Brunnem. *Jur. eccl. lib. 1. cap. 2. n. 6.* Add. H. Grot. *d. Imper ſumm. poteſt. circa ſacra. cap. 1.* Conring. *d. Mai. civil. auctor. circa ſacra. th. 28. ſeq.* Ziegler. *d. jur. maj. lib. 1. cap. 13.* §. 12. Strauch. *diſſert. Exoter. 5. & 8. th.* Arniſ. *de jur. Majeſt. lib. 2. c. 3.* Balduin. *d. caſ. conſc. lib. 2. cap. 6. caſ. 2.* Gerhard. *de Magiſtr. polit.* §. 175.

§. II.

*Exempla Imperatorum*

Regum horum Iſraeliticorum exempla imitati poſtea in Imperio Romano ſunt auguſtiſſimi Imperatores Conſtantinus M. Theodoſius Senior ſeu Primus, Theodoſius Junior ſeu Secundus, Marcianus, ipſeque ſacratiſſimus legum Romanorum inſtaurator, Juſtinianus, de quibus omnibus aliisque conſtat, quod curam ſacrorum & regimen eccleſiarum externum ſine ullius contractione in ſe ſuſceperint & exercuerint. Vid. Treutler. *conſ. 110. n. 103.* Chaſſanæus *Catalog. glor. mund. part. 5. conſid. 17.* de Galliæ Regibus idem teſtatur Thuan. *lib. 1. hiſtor.* & de Regibus Hiſpaniarum vid. Covarruv. *in relect. cap. poſſeſſor. d. reg. jur. in 6.* §. 10. Ipſa quoque Anglicana eccleſia excommunicandos illos cenſuit, qui affirmarent, Regem Angliæ non eandem habere in cauſis eccleſiaſticis authoritatem, qua uſi ſunt pii Hebræorum reges. Brunnem. *Jur. eccleſ. lib. 1. cap. 2.* §. 5.

*Regum Galliæ & Angliæ.*

§. III.

*pontificum faſtus.*

In Imperio equidem Romano poſt Juſtiniani tempora Pontifices Romani faſtu & ambitione ducti regi-

228



men iſtud eccleſiaſticum Principibus eripere ſibique arrogare præſumſerunt, Magiſtratum ſecularem ovium, non paſtorum numero accenſentes, indeque uti adminiſtrationem bonorum eccleſiaſticorum, ita quoque diſpoſitionem de cultu divino & ordinationem reliquorum in eccleſia rituum per Epiſcopos ſolos hodienum exercent. Scilicet hanc de rebus ſacris & eccleſiaſticis diſponendi poteſtatem ex apoſtolica traditione deducere ſatagunt, eamque in Apoſtolis cœpiſſe, ac in ipſorum ſucceſſoribus absque ulla interruptione perſeveraſſe perhibent, adeo, ut ſi non cum ſacra Scriptura, certe cum Apoſtolorum traditione pugnare putent, ſi quis, ſublata hac Epiſcopi poteſtate & adminiſtratione, eam ad ſe trahere eamque ſibi uſurpare velit. Verum enim vero quemadmodum traditio iſta, quam vocant, apoſtolica, nulla ratione demonſtrari poteſt, veritatique divinarum paginarum eſt adverſa, ita quilibet manifeſto videt, jus iſtud ſacrorum Imperatoribus vel per vim & tyrannidem, vel per aſtum aliasque artes ſucceſſu temporis fuiſſe ereptum atque Epiſcopis aſſignatum, ipſos vero ejusdem malæ fidei eſſe poſſeſſores, veluti id ipſum plenius evincunt Dd. jam ſupra allegati. Neque etiam Principes & reges ita ovium gregi adſcribendi ſunt, ut in totum Clericis tanquam paſtoribus obedire teneantur; ſed uti ratione poteſtatis eccleſiaſticæ internæ Clericis tanquam DEI legatis ſemet ſubmittunt, ita iidem ratione poteſtatis eccleſiaſticæ externæ pro paſtoribus merito reputantur, ceu erudite ſcribit Ziegler. *d. jur. Maj. c 13. §. 29.*

§. IV.

§. IV.

Rectiſſime igitur poteſtas circa ſacra & jus regendi eccleſiam Principibus Evangelicis poſtliminio quaſi reſtitutum fuit in transactione primum Paſſavienſi & inſecuta pace religioſa, confirmatum poſt per æternum illam valituram legem fundamentalem, pacificationem ſcil. Cæſareo Suecicam *art. 5.* §. *1.* Seckendorff. Teutſcher Fürſten-Staat *p. 2. cap. 2. n. 1. ſeqq.* Ita ut hodie nemo ambigat, Principes auguſtanæ confeſſioni addictos ex liberrimo arbitrio omnia, quæ ad cultum divinum externum, ad ſuſtentationem clericorum, pauperum & miſerabilium perſonarum, ad conſervationem item templorum, & ritus in illis peragendos pertinent, licite diſponere poſſe. Huc igitur cum collectio eleemoſynaram & receptio oblationum, quæ per Sacculum ſonantem fit, referatur, a nemine hic ritus, niſi a Principe vigore juris epiſcopalis ſibi competentis, in noſtris Eccleſiis introduci poterit, adeoque ab ejus ſolius autoritatte dependet. Teſtimonium hujus aſſerti luculentum præbet Conſtitutio æternæ memoriæ Ducis Saxoniæ Erneſti pii, qui in *Decreto ſynodali de anno 1645. tit. 16.* ita edixit: Es iſt auch vor nöthig erachtet worden / daß an welchen Orten die Klingel-Säcklein auf die Sonn- und Feſt-Tage nicht gebräuchlich / dieſelben nochmahls angeordnet / und auch an den Sonn- und Feſt-Tagen / da keine communion gehalten wird / herumgetragen werden / damit man etwas davon denen Armen zuſteuren in Vorrath haben / oder zu andern vorfallenden Nothwendigkeiten / es anzuwenden haben möge. Quod idem Sereniſſimus legislator repetit

*Reſtitutio ſacrorum principibus proteſtantibus facta.*

*Sacculi ſonantis introductio.*

220



*in ordin. provinc. de anno 1666. cap. 6. tit. 3. 2.* his verbis. Demnach wollen wir/ daß zu Erhaltung deſſen (puta ærarii eccleſiaſtici des Gottes-Kaſten/) die bey mehr gemeldeten *Synodo*, von neuen gutbefundene bedachte/ und iedes Ortes ſonſten bräuchliche Verordnungen beobachtet werden ſollen/ als daß auf die Sonn- und Feſt-Täge beym öffentlichen GOttes-Dienſte vormittags/ und zwar nicht allein/ wenn die *Communion* gehalten wird ſondern auch/ da ſolches gleich nicht geſchiehet/ die Klingel-Säcklein herum getragen werden ſollen. Similem conſtitutionem promulgavit potentiſſimus Sax. elect. Auguſt *in Ordin. eccleſ. d. anno 1580. tit. 34.* §. zum erſten verb. Soll alle Sonn- und Feyer-Tage in der Kirchen/ wenn die Gemeine bey einander/ das Allmoſen jedes Orts mit dem Säcklein geſamlet/ unt die Zuhörer durch die Pfarrer und Kirchen-Diener vermahnet werden/ das niemand mit lehren Händen nnd ohne eine Gottes-Gabe vor dem Herrn erſcheine. Neq; non glorioſiſſimus Sax. Elector Johannes Georgius I. *in Decreto Synodali generali d. anno 1624.* Es ſollen auch die Kirch-Väter mit dem Cymbel-Säcklein alle Sonn- und Feyertage das Allmoſen und mit Fleiß ſamlen und berechnen.

§. V.

*Non competit inferiori magiſtratui.*

Haud igitur Parocho, multo minus Eccleſiæ Patrono aut ſeculari Magiſtratui inferiori, ſine Principis aut Epiſcopi vel eorum, quibus exercitium juris epiſcopalis eſt demandatum, conſenſu & authoritate, Sacculum ſonantem in Eccleſia introducere & per illum pecunias colligere fas erit. Quamvis enim ad Parochiale jus referri hæc collectio, ab eo dependere

dere videatur, non tamen ejusdem eſt neceſſarium conſequens, nec ipſi etiam parocho conſtituto in externis ritibus aliqnid innovare pro lubitu eſt permiſſum. Atque hinc nemo dubitat, in eccleſia non parochiali, exercitiis ſaltem pietatis, precibus & concionibus deſtinata, collectiones ejusmodi, in præjudicium præſertim eccleſiæ alterius parochialis absque ſuperioris permiſſu inſtitui, aut ipſum jus parochiale introduci minime poſſe. Quo pertinet reſcriptum potentiſſimi Boruſſiæ Regis FRIDERICI ad Regimen & Conſiſtorium Hallenſe, ob conciones publicas, a Profeſſoribus theologiæ in templo gymnaſii Hallenſis inſtitutas *d. 3. Febr. 1699.* emiſſum, cujus tenorem exhibet Excell. D. Böhmer. *in diſp. d. Jur. paroch. cap. 1. §. 9.* his verbis: Was aber das *jus parochiale* betrifft/ ſolches wird und ſoll dei *theologi*ſche *Facultat* aldort in bemeldter Schul-Kirche nicht einführen/ weshalb denn die Vorſteher und Achtmänner der dreyen *Parochial*-Kirchen alldort/ umb ſo vielweniger Urſach ſich über nachtheiliche Neuerungen zu beſchwehren haben werden. Sed hac de re infra pluribus agendi dabitur occaſio.

 CAP. IV.

222



# CAPUT IV.

## DE
## Cauſa materiali & formali Sacculi ſonantis.

§. I.

Efficienti cauſæ jam alia ſuccedit, ipſam ſacculi ſubſtantiam maximam partem attingens *materialis* nimirum & *formalis*. Materiam quod concernit, ex qua conficitur, variat illa pro locorum varietate. Alibi enim ſacculus iſte ex ſerico, nonnunquam auro gemmisque ornato, alibi, & quidem in pagis ut plurimum, ex lineo panno contextus cernitur, appenſo in extremitate cymbalo ſeu nola ſolum exhibente, affixo præterea prælongo baculo, quo facilius in loca remotiora ad recipiendas oblationes porrigi queat. Ad hæc mos fert notiſſimus, ut ſacculis iſtis ſæpius ornamenta adjungantur, & quidem vel ſericea, vel ex agenteis aureisque filis contexta. Nonnunquam etiam nomen Epiſcopi aut Principis, vel ejus inſignia illis imprimuntur, quo facilius credat populus, incrementum eccleſiæ Principi curæ cordique eſſe, & auditores hac ratione ad largiores oblationes faciendas incitentur.

**Materia ſacculi.**

§. II.

Ad formam quod attinet, nulla hæc alia eſt,

quam

quam loculi, quo pecunia recondi ſolet. Quæ quidem forma non ſolum commoditatis gratia, ſed & ad imitationem Salvatoris noſtri & juxta ejus exemplum adhibita fuiſſe videtur, cum eum quoque in uſus pauperum loculum ſecum tuliſſe, eundemque Judæ Apoſtolo cuſtodiendum tradidiſſe, ſacra pagina edoceat. Vid. Joan. Anton a S. Georg. dictus Præpoſitus *in comment. ad can. 14. cauſ. 10. qu. 1. n. 1.* Quanquam quibusdam in locis obſervare liceat, partem ſacculi ſuperiorem, qua pecunia injicitur, per laminam ferream, cupream vel argenteam eſſe clauſam, modico tantum ſpatio ad nummos recipiendos relicto. Quotidiana namque experientia docet, loco nummorum lamellas ſtanneas, calculos, lapillos aliasve res nauci a maleferiatis hominibus ludibrii cauſa immitti, quibus fraudibus & illuſionibus per operculum iſtud, ſi non penitus, utplurimum tamen obviam iri poteſt.

§. III.

De colore præterea, qui quidem formam accidentalem hic conſtituit, notandum, non eſſe illum uniformem aut certum, cum modo niger, modo ruber, modo cœruleus adhibeatur, pro beneplacito conditoris vel eccleſiarum antiſtitis. Hæc enim mera ſunt adiaphora, adeoque ſola conſuetudo cujusvis loci hac in re venit attendenda. Veruntamen cum tempore luctus publici, altaria ſuggeſtus & latera templorum panno nigro veſtiri ſoleant, æquum reputatur, ſacculo ejusdem quoque coloris ad collectionem conſuetam peragendam uti, ut ordo ille & decor, quem Apoſtolus commendat, in Eccleſia ſervetur. Color

224



§. IV.

*Cymbalum appenſum.* Cæterum de principaliori hujus ſacculi membro, a quo denominationem vulgo accepit, agendum erit. Conſiſtit vero illud in *cymbalo* ſive *nola* aut *tintinnabulo* ſonante, ut hinc dicatur der Klingel-Beutel oder das Cympel-Säcklein. Rationem hujus inſtituti ſi perſcrutari velimus, cymbalorum ſive nolarum uſum tum in eccleſiis, tum in monaſteriis, atque tam in negotiis ſecularibus, quam eccleſiaſticis antiquiſſimum eſſe, deprehendimus. Uſus enim illorum quoad ſecularia erat in balneis, & in mercatu indicendo, nec non in diſtinguendis horis, & in ædibus privatis ad convocandam familiam, id quod uberius deducit Beyerl. *Theatr. vit. hum. verb. Tintinnabulum.* Quoad eccſeſiaſtica vero negotia cymbalo ſivè campanula minori monachos ad refectorium cieri, eumque in finem in clauſtris ſuſpendi, Durandus obſervat *lib. 1. Ration. div. offic. lib. 1. cap. 4. n. 11.* Imo ad menſam Abbatis in refectorio nolam appendi ſolere; qua is vel lectionis vel convivii finem ſignificat, notat Car. du Freſne *in Gloſſar. latin. verb. nala*, ut hinc *ſedere ad nolam* idem ſit ac Abbatis *munus exercere. d. l.* Eodem etiam cymbalo monachos ad ſacra vocari, docet Durandus *loc. cit.* in ſacris ſpeciatim functionibus nolas ſeu tintinnabula uſum haud vulgarem antiquitus præſtitiſſe, dubium non eſt. Ipſas quippe veſtes ſacerdotales tintinnabulis ſæpius fuiſſe exornatas ex antiquitatum monumentis comprobat Car. du Freſne *verb. ſtola. it. voce cappa.* Idque ad imitationem tunicæ, qua ſummum ſacerdotem in veteri lege Deus indui juſſit,

ſine dubio introductum conjecturare licet. Ab hujus enim fimbriis tintinnabula ex auro puriſſimo confecta dependebant, & quidem ex mente S. Hieronymi ſeptuaginta duo, ut non tantum ejus ingreſſus innoteſceret, ſed & populus ſvaviſſimo ſonitu ad honorem Majeſtati divinæ exhibendum, nec non ad devotionem & pietatem excitaretur, *Exod. cap. 28. verſ. 33. 34. Syrac. cap. 45. verſ. 11.* Sive, ut hieroglyphico iſto verbi divini præcones admonerentur, niſi & ipſimet ad vocis ſuæ clangorem vivendi rationem junxerint, ſeſe tintinnabulis, quæ, etſi clariſſimum edendo ſonum alios cieant, ipſa tamen ſibi ſurda ſunt & ſtupida, aſſimiles fore atque ad eos referendos eſſe, quos Apoſtolus 1. Cor. 13. hiſce verbis perſtringit: *Si vel hominum, vel angelorum linguis loquar, charitatem autem non habeam, factus ſum æs reſonans, ac cymbalum tinniens* Henric. Salmuth. *not. ad Panciroll. rerum memor ab. lib. 2. tit. 9.* Vid. Joh. Braun. *d. veſtit. ſacord.* Haud mirum igitur hodienum in eccleſiis noſtris populi attentionem per ſonitum campanulæ excitari, ipſique ſacculo ſonanti cymbalum appendi, cujus tinnitu admoneantur fideles ſui officii, inprimis cum ad eleemoſynas quoque oſtiatim in civitatibus colligendis, miniſtri ad id deputati cymbalo, ſive campanula uti ſoleant. vid. Laurent. Beverling. *Theatr. vid. human. verb. Tintinabulum p. 144.*

§. V.

Neque vero hic ſicco pede prætereundum eſt, quod Johannes XXII. Pontifex ſancivit *in cap. un. Extrav. com. d. offic. cuſtod.* in religioſarum videlicet

 men-

335
226



menticantium conventibus plures campanas non eſſe habendas, ſine ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, ſed illos unica tandummodo pro loco quolibet debere eſſe contentos; Verum campanulas, quæ in refectoriis, capitulis, ſacriſtiis & aliis forſan officinis religioſorum ipſorum conſueverunt haberi, ſub iſta ordinatione non comprehendi.

# CAPUT V

## DE

## *Objecto ſacculi ſonantis.*

### §. I.

*Objectum perſonale*

ANtequam ad cauſam finalem noſtri ſacculi inveſtigandam accedamus, de Objecto ejusdem agere placet. Conſtituimus autem Objectum, utut latiſſime ſic dictum, duplex: alterum perſonale, quod ſunt illi, quibus ſacculus porrigitur, alterũ reale, quod eſt pecunia, quæ per ſacculum ad uſum pium colligitur. Prius objectum quod ſpectat,

*ſunt ſideles*

conſtituunt id ipſum Chriſtiani ſive fideles ad cultum divinum in eccleſia convenientes. Æquum enim eſt, ut verbum divinum audientes & beneficia eccleſiaſtica percipientes, gratos ſemet non ſolum DEO ter optimo, ſed & ejusdem miniſtris exhibeant, nec vacui in domum domini veniant. Hinc in ſupra allegata Ordin eccleſ. Gothana *art. general. 34.* §. *1.* emphatice ſancitum legimus: Daß alle Sonn- und Feyertage in

der Kirchen / wenn die Gemeine bey einander / das Allmoſen jedes Orts mit dem Säcklein geſamlet / und die Zuhörer durch die Pfarrer und Kirchen-Diener ermahnet werden ſollen / daß niemand mit leeren Händen und ohne eine Gabe vor dem Herrn erſcheine. Scilicet reſpexit Sereniſſimus Legislator ad præceptum illud divinum, in veteri teſtamento populo Israelitico datum, ne quis vacuus in conſpectu domini compareat. Hoc enim mandatum, cum certo reſpectu morale ſit, Chriſtianis quoque ſub ea ratione obſervandum eſſe, recte dixeris. Et quamvis ſuperius *cap.1.* §.4. aſſertum fuerit, oblationes debere eſſe ſpontaneas, ſpontaneum tamen ibi non ſumſimus in oppoſitione ad moraliter indifferens (h. e. in oppoſitione ad id, ad quod nullo præcepto ſumus obligati) ſed in oppoſitione ad actum i. e. in oppoſitione ad id, ad quod vi quadam externa contra inclinationem noſtram compellimur.

## §. III.

Cum vero in primitiva Chriſtianorum eccleſia oblationes ex fidelium ſolum manibus acciperentur, hæretici autem, judæi & pagani, nec non graviorum delictorum rei penitus excluderentur, juxta ea quæ *ſupr. cap. 1.* §.8. dicta fuerunt, haud inconcinne hic diſceptatur, an mos ille hodienum in noſtris eccleſiis obſervari debeat? Nos conſuetudinem illam hodieque ex ea ratione tuendam ſtatuimus, tum ut differentia quædam etiam in externis adſit inter Chriſtianos & infideles, inter pios etiam & impios, tum quod dona iniquorum non probet altiſſimus, nec reſpiicat in oblatio-

228



*Injuria infertur ſacculum non porrigendo*

tionis iniquorum, *can. 2. cauſ. 14. qu. 5.* Hic pro injuria reputari poteſt, ſi eccleſiæ cuſtos aut alius ad munus hoc conſtitutus, uni ex parochianis ſacculum ſonantem non porrigat, ſed illum, velut fidelibus haud annumerandum, data opera prætereat. Quod ipſum cum contigiſſet olim, incluta Facultas juridica in regia univerſitate, quæ Francofurti ad Oderam floret, referente Illuſt. Dn. Stryck. *in diſſ. d. Et cætera cap. 5. n. 63.* hocce edidit reſponſum: Weil J. R. euch in der Kirchen den Klingel-Beutel nicht vorgehalten/ und dadurch/ weil Ihr eben zum H. Abendmahl gehen wollen/ Euch geärgert/ ob er nicht dashalben zur *recantation* und willkührlichen Beſtraffung zu vertheilen ſey? So iſt zwar an deme/ daß die *recantation verbal injurien præſupponi*ret/ welche allhier bey Verweigerung des Klinge-Beutels nicht befindlich/ über dem iſt es auch an ſich ſelbſt nicht *injurioſum*, den Klinge-Beutel einen nicht vorhalten. Weil aber die *injuria ex circumſtantiis* zu *æſtimi*ren/ und J. R. euch vorhero feind geweßen/ derſelbe aber *ratione ſuſcepti officii* ſchuldig iſt/ einem jedem in der Kirche/ und alſo auch euch dem Klinge-Beutel vorzuhalten/ und dennoch ſolches aus Vorſatz unterlaſſen; So iſt daher der *animus injuriandi*, daß er euch dadurch beſchimpffen wollen/ *præſumtive* zuſchließen. Zumahl/ wenn er gewuſt hätte/ daß er eben umb ſelbige Zeit zum H. Abendmahl gehen wollen: Weshalben er ſich gegen Euch Chriſtlich erklähren/ und daß er hieran unrecht gethan/ bekennen müſte/ könte auch wohl etliche Reichsthaler in den Gottes Kaſten zugeben angehalten werden/ in Anſehen/ daß er in

ſothanen Amte geſündiget / und euch in euren Gottes-Dienſte *turbiret*. Er könte denn bey ſeinen guten Gewiſſen erhalten / daß er dieſes ohne Vorſatz euch zu beſchimpffen gethan/als denn er damit zuhören.

§. III.

*Pecunia inferenda non definita.*

Ipſam pecuniam ſacculo inferendam quod concernit, ejus quantitas jure definita non eſt, ſed cujusvis liberalitati ac pietatis Zelo ita relinquitur, ut is memor eſſe debeat ejus, quod habetur in *cap. 14. X. d. pœnit, & remiſſ. Qui parcè ſeminat, parcè & metet*; ut & ejus moniti, quòd Apoſtolus inculcat. 2. *Corinth. 9.* cum, *Hilarem*, ait, *datorem diligit Deus.*

§. IV.

*Uxor ſtipem ſurripiens marito.*

Hic tamen disquiri poſſet, an peccet uxor aut furtum committat, ſi maritus eidem ſtipem ſacculo injiciendam deneget, ipſa vero eandem marito clam ſubtrahat? Nos hic negantium ſententiam ex ea ratione propugnamus, quod maritus uxori non ſolum alimenta, ſed etiam eleemoſynas moderatas & omne illud, quod ad pietatis exercitium pertinet, ſuppeditare teneatur, ac uxor præterea vitæ ipſius ſit ſocia, adeoque maritus ea denegans irrationabiliter agat. Fagundez *ad 7. præc. decal. cap. 8. n. 4.* & cum eo Brunnem. *Jur. eccleſ. lib. 2. cap. 18. §. 19.* Quanquam id Illuſt. Stryck. *in not. ib.* hocce pacto, *ſi modo maritus ad eleemoſynam ſeu oblationem erogandam ab uxore fuerit invitatus & uxor modum non excedat*, cum Leſſio *d. J. & J. lib. 2. cap. 26. dub. 5. n. 37.* & Soto *d. J. & J. lib. 4. qu. 5. art. 5.* accurate limitet.

230



§. V.

*Pecunia in uſum ſacculi donata conjugi.*

Ex hoc porrò decidi poteſt quæſtio: *an donatio pecuniæ ſacculo inferendæ inter conjuges ſit valida?* Eam certe validam eſſe, ex eo conſtat, quod alter conjugum per talem largitionem non fiat pauperior, nec alter locupletior, ob quam rationem alias donationes inter virum & uxorem jure civili ſunt prohibitæ. *l. 5. §. 8. l. 16. l. 25. de donat. int. V. & U.* Præterea certi caſus legibus Romanis inveniuntur excepti, in quibus donatio inter conjuges facta ſubſiſtit, ut cum aliquid ad oblationem Deo faciendam, uxori fuit donatum, *l. 5. §. 12. ff. dit.* Quo & illud, quod in uſum pium ſacculo ſonanti traditur, meritò refertur.

§. VI.

*In pecunia oblata non ſtatim committitur ſacrilegium.*

Circa pecuniolam iſtam per ſacculum ſonantem collectam dubium porrò oritur, *an iſta rebus ſacris accenſenda ſit*, ita, ut cuſtos vel alius quispiam eam ſurripiens aut intervertens, ſacrilegium commiſiſſe dicatur? Videtur equidem prima fronte hoc affirmandum ex eo, quod eleemoſynas ex æde ſacra ſurripientes, rem ſacram ex loco ſacro auferant, & eleemoſynæ ad ſacrum cultum deſtinatæ etiam ſint ſacræ, uti patet ex Ordinatione Carolina *art. 173.* ibi: das heilige Allmoſen. Veruntamen cum ad Sacrilegii pœnam rigidiorem irrogandam prædicta ordinatio expreſſe requirat, ut arca ſive gazophylacium in quod oblati nummi conjici ſolent, effracta & reſerata, atque ſic pecunia ex illa extracta fuerit, non dubitamus cum Burchard. Bardili *Exerc. theor. pract. 34. th. 20.* aſſerere, rotæ ſupplicium tunc demum obtinere, quando pe-

cu-

cunia collecta arcæ eleemoſynariæ jam illata, ac poſtea ex iſta fuit ſurrepta. Ita enim ſe habent memorata conſtitutionis verba: So einer ein Stock/darinn man das heilige Allmoſen ſamlet / aufbricht / ſperret / oder wie er argliſtiglich daraus ſtilt/ der iſt auch am Leib und Leben zu ſtraffen. In criminalibus verô ſtricte inhærendum eſt verbis legum, neque extenſio admittitur. Steph. Gratian. *diſcept. for. tom. 5. cap. 372. n: 13.* & in pœnalibus benignior interpretatio fieri debet. *l. 155. §. 2. d. Reg. jur.*

§. VII.

*Surreptio ſacculi.*

Quid vero de ſurreptione ſacculi ſonantis ſtatuendum ſit, & an hoc factum quoque pro ſacrilegio reputandum ac rotæ ſupplicio coërcendum ſit, ex *Ordinat. crimin. art. 174.* decidi poterit, ubi Imperator ſancit, ut ſi quis interdiu res ſacras minoris pretii, utpote ceram, candelabra, linteamina & alia ejusdem generis ſine aſcenſione & effractione abſtulerit, ex circumſtantiis rectè examinatis eadem pœna infligi debeat, quæ in fures rerum prophanarum eſt ſtatuta, ſeverius tamen procedendum eſſe in hoc ſacrilegio, quam in furto alio. Ad harum igitur rerum cenſum ſacculum quopue noſtrum referri debere, nemo forſan ambigit. Vid. Jul. Clar. *recept. ſent. lib. 5. §. ſacrilegium.*

§. VIII.

*Res nullius valoris ſacculo injecta.*

Cæterum ſi loco peccuniæ lamina ferrea aut ſtannea, aciculæ, extremitates clavorum aut aliæ quædam res nullius valoris ſacculo injiciantur, uti non-

232



nunquam à maleferiatis fieri ſolet, vel falſi crimen, vel ſtellionatum committi, manifeſtum eſt, ac propterea tale delictum in opprobrium religionis, illuſionem DEI & eccleſiæ damnum, nec non aliorum ſcandalum tendens, cenſura eccleſiaſtica recte coerceri putamus.

§. IX.

*Obulorum dinumeratio,*

Cum vero hodiernis moribus oblationes in minutiori moneta fiant, & à plebecula, præſertim in villis & oppidulis nil ferè niſi obuli, Heller / ſacculo injici conſueverint, quorum dinumeratio non vulgarem laborem creare ſolet, adeoque tædioſam hanc opeuam eccleſiæ miniſtri haud libenter in ſe ſuſcipiant, quæſitum aliquando fuit, cuinam onus iſtud ſubeundum ſit, paſtori an vero æditu, vel illi, qui ſacculum in eccleſia circumfert? Nos conſuetudinem cujusvis loci reſpiciendam eſſe putamus, nec enim certa lex hac de re ſancita extat, ut hinc meritò obſervantiæ inſiſtere cogamur, prout etiam Collegium juridicum in Academia Jenenſi ſuper hac diſceptatione in oppido B. non ita pridem orta hunc in modum reſpondit, *d. 12. Lec. 1702.*

ALs Uns / die in Sachen Ehrn M. I. C. L. Pfarrers und *Adjuncti* zu B. an einen I. H. *Cantoris* daſebſt / am andern Theil ergangene *Acta* zugeſchickt / und darbey berichtet worden/welcher geſtalt ermeldter Pfarrer / bereits vor etl. Jahren beſagten *Cantor* bittlich vermocht / das Hellerzehlen und Einſchreiben aus den Cymbel-Beutel in der Kirchen an ſeiner ſtatt / ohne *præjudiz* der Nachkommen zu übernehmen / welches auch der *Cantor* aus Freundſchafft und Gutwilligkeit gethan; Worauf

Worauf vor Jahres-Friſt der Ehr. *Adjunctus*, fernerweit den *Cantorem* durch allerhand gütliche *perſvaſiones* zu *diſponir*en geſuchet/ihm ein baar Zeilgen hierüber auszuſtellen/und ihm einen Gegenſchein/daß es ſeinen *Succeſſori* zu keinen Rechte ausſchlagen ſolle/zugeben verſprochen/deſſen ſich doch der *Cantor* verweigert/der Ehr *Adjunctus* aber durch ſein unabläßiges Zureden ihn endlich kurtz vor der Beichte dahin bewogen/daß er einen Schein über das Heller-Zehlen und Einſchreiben dem Pfarrer/dieſer hingegen ihm einen *Revers* ausgeantwortet/worinnen er bekennet/daß es der *Cantor* aus guten Willen/und ohne Beyſpiel übernommen habe. Als aber dieſer nachhero/dereinſt nach verrichteten Gottes-Dienſt/wegen Vielheit der *Communicant*en/ſich nicht alſobald durch die Leute dringen und zum Altar einfinden können/und der Pfarrer ihn deswegen einen Verweiß geben wollen/auch ſolches auf einen andern Sontag nochmahls wiederholet/der *Cantor* hingegen *replicir*et/wie er das aus guten Willen übernommene Heller-Zehlen/zu keinen Recht oder Zwang machen laſſen könne/auch ſolches wohl gar müßig gehen wolte/der Ehr *Adjunctus* hingegen ihn mit dieſen Worten angelaſſen; Ihr *Cantor*, mann muß euch andere *Mores* lernen rc. Hat der *Cantor* das Heller-Zehlen nicht weiter *continuir*et/auch endlich gar mit einen hohen Schwur und bey Verluſt ſeiner Seelen Seeligkeit/*Item*: daß Er nicht zu Gott kommen wolte rc. das Heller-Zehlen gäntzlich verredet. Darauf der Pfarrer bey den Fürſtl. Ober-*Conſiſtorio* einkommen/und aus den gutwilligen Heller-Zehlen ein Recht machen wollen/und einen *Termin* zur Verhör *extrahir*et/*in Termino* aber ſelbſt außenblieben/auch uneracht der *Cantor* ſeine *Exceptiones* einbracht/eine Verordnung an den Ehrn *Superintendent*en zu B. erhalten/daß der *Cantor*, biß zu anderweiter Verordnung von ſeinem Amt *ſuſpendir*et ſeyn ſolle/maſſen auch die *Suſpenſion* erfolget/und der Ehr *Adj.* gar dahin *inclinir*en ſoll/den *Cantorem* gantz *ab officio* zu *removiren*. Und dann bey ſolcher Bewandnis/Unſere rechtliche *Information* über nachgeſetzte *puncta* verlanget wird/nehmlich

234



(I) Ob der *fol. Act. I.* befindliche Schein / welchen der Ehr *Adj.* von den *Cantore* des Heller-Zehlens halben erhalten / von einiger Gültigkeit ſey?

(II) Ob einen Prieſter freyſtehe / Neuerung ſo nie geweſen / aufzubringen / und die *jura publica* wieder ſeine *Vocation* zu *immutiren*?

(III) Ob der *Cantor*, wegen ſeines gethanen Schwurs/in ſeinen Gewiſſen ſicher ſeyn könne / wenn er ins künfftige / daß ihme *obtrudirte* Heller-Zehlen übernehmen ſolle?

(IV) Ob andere dergleichen *Obligationes*, darinnen ein Schulbedienter des Pfarrers Verrichtungen / zum *Exempel*, Betſtunden zu halten ꝛc. übernimmet / verbündlich ſeyn / und ob nicht / aus ſolchen *Fundamento* auch der jetzige *Caſus* zu *decidiren*?

(V) Ob ſolche *obligationes* und Scheine/ſo ein Beicht-Vater von ſeinen Beicht-Kind vor der Beicht heraus bringt / von einer Gültigkeit zu halten / oder nicht vielmehr zu *improbiren* ſeyn?

(VI) Ob nicht der Rath und Bürgerſchafft / welche das *Jus Patronatus* haben / wie der Ehr *Adj*, wegen Aufbringung ſolcher Neuerungen *agiren*/und dem *Cantori* hierinnen beyſtehen können?

(VII) Ob der *Cantor* in Verweigerung des abgeforderten Heller-Zehlens und anderer Neuerungen *ab officio* zu *removiren* ſey?

Demnach ſprechen wir/und zwar was die erſte Frage anbelanget für Recht; Obwohl ein jedweder dasjenige/was Er anfänglich aus guten Willen und Freundſchafft dem andern verſprochen/ nachgehends zu halten ſchuldig iſt / und Er ſeinen Willen hierinnen nicht ändern / noch daß was verſprochen / aus bloſer Gutwilligkeit geſchehen ſey / vorwenden kan / *cum ea quæ ab initio ſunt voluntatis, poſtea fiant neceſſitatis.* Uber dieſes die von den *Cantore* vorgeſchützte *doloſa perſvaſio*, *exceptio rei non ſic ſed aliter geſtæ*, *coactæ voluntatis*, und dergleichen mehr / mit nichts erwieſen / auch allenfals / da dergleichen erwieſen werden könte / daßelbe wieder klaar Brief und Siegel nicht ſtatt hat; ſondern in der *Reconvention* ausgeführet werden / und der *Promiſſor* nichts

deſto

deſto weniger / zur Haltung deſſen ſo er verſprochen / angewieſen werden muß. Dennoch aber und dieweil dergleichen *pacta*, welche über eine Sache errichtet worden / ſo in der *paciscentium arbitrio* nicht ſtehet / in Rechten nicht geduldet werden / *res enim publici juris, privatorum arbitrio non ſubſunt*; vor dergleichen Sache denn auch das Zehlen des Klingel-Beutel Gelds zu achten / als welches vermöge aller Orthen dieſer Lande üblichen *Obſervanz*, denen Prieſtern neben den Altar-Leuten oblieget / und zu den *officio paſtorali* mit gehöret / auch alſo aus bedencklichen Urſachen verordnet / dem der Ehr *Adj.* ſeine Gedancken / ob ſey ihm ſolches zu gering oder mühſam / nicht vorzuziehen / noch ihme frey geſtanden / ſolche ihm nach ſeiner *Vocation* und Ambt obliegende Verrichtung / nach eignen Gefallen von ſich ab und auf den *Cantorem* zu *transferiren* / wenn es ſchon dieſer aus Gutwilligkeit und ohne liſtige Beredung auf ſich genommen hätte. So iſt dannhero der angeregte von den *Cantore* ausgeſtellte Schein / von keiner Verbindlichkeit / und mag der Ehr *Adjunctus* ſich deſſen wieder ihn mit Beſtande nicht gebrauchen.

Woraus denn auch zu gleich die *Reſolution* der andern Frage herflieſet / ſintemahl nicht nur die Kirchen *Ceremonien* / ſondern auch andere Ordnungen / was bey den Gottes-Dienſt und deſſen Anſtalt zu verrichten / ſo wohl auch Allmoſen-Ordnung / und was den Gottes-Kaſten betrifft [deren beyden Beobachtung kein Prieſter / er ſey ſo hoch als Er wolle / ſich zu ſchämen / oder zu entziehen / ſondern vielmehr dazu ſeinen möglichen Fleiß und Sorgfalt / auch Beförderung anzuwenden hat] eintzig und allein von der *Diſpoſitione Principis*, vermöge deſſen *Superioritatis territorialis* und ſelbigen anhängigen *Juris ſacrorum* herrühret / hingegen denen *Paſtoribus*, ſo wohl dieſen als andern Verodnungen / und was in ihrer *Vocation* enthalten / *ſtrictè* nach zu leben gebühret; dannhero dann ihnen einige Neuerung aufzubringen / und dadurch die *Jura publica* zu *immutiren* / und *mandata Principis* umzukehren keines Wegs freyſtehet.

Ob

Ob auch wohl ferner was die dritte Frage betrifft / wenn das zwiſchen den Ehrn *Adj.* und dem *Cantore*, des Heller-Zehlens halben aufgerichtete *pactum* an ſich beſtändig wäre/der *Cantor* ſich von deſſen Haltung damit nicht hätte entſchuldigen mögen/ daß er einen hohen Schwur/ ſelbigen nicht nachzukommen gethan hätte / indem er dadurch den *Adjuncto* ſein Recht nicht entziehen können. Dennoch aber und dieweil in gegenwärtigen Falle/das aufgerichtete *pactum* an und vor ſich ſelbſt ungültig iſt / und der *Cantor* von ſeiner Zuſage/ durch Oberkeitl. Ausſpruch wohl befreyet werden kan: So wird es ſolcher Geſtalt/des in Gewiſſen gemachten *Scrupels* nicht bedürffen/ und ſolcher von ſich ſelbſt *ceſſiren*. Jedoch iſt dem *Cantori* ernſtlich zuverweiſſen / daß er ohne Noth und erheblichen Urſachen / ſo fort den Nahmen Gottes gemißbrauchet / und ſich bey Verluſt ſeiner Seelen Seligkeit/ das Heller-Zehlen nicht weiter zu verrichten/verſchwohren/da ihm viel mehr obgelegen / und frey geſtanden hätte/die Sache ſo fort *ad Judicem Eccleſiaſticum* zubringen / und deren *remedir*ung / wie anjetzo geſchiehet/zu ſuchen ; Inmaſſen er auch keine *relaxation* des an ſich ungültigen Schwurs/ ſondern nur der *Abſolution à peccato* deß Mißbrauchs des Nahmens Gottes bedarff

Anreichend die vierde Frage / ob es wohl ſcheinen möchte/ob ſey ein Unterſcheid zumachen / zwiſchen eines Prieſters *Actus miniſteriales vel ordines* und andern *Paſtoral*en Verrichtungen / ſo nicht dahin gehören/dergeſtalt/daß jene einem andern nicht aufgetragen werden könten/*cum Parochi perſona ad illos ſit electa, nec iſti ab alio quam paſtore expediri queant*, wohl aber dieſe / auch *per quemlibet alium, qui miniſterio non eſt initiatus*, verrichtet werden können / *nec ſingularis ad illos perſonæ induſtria ſit electa*, immaſſen auch die *Paſtores* einige *miniſterialia*, als die ordentlichen Sontags- und Wochen Predigten / durch einen andern verrichten zulaſſen pflegen. Dennoch aber und dieweil ein Prieſter nicht nur jene *Actus*, ſondern auch andere *ad officium paſtorale* gehörige/ und ſelbigen mit anhängigen Verrichtungen / vermittelſt

ertheilter

erheilter *vocation* anbefohlen ſeyn; Geſtalt das Prieſterliche Amt nicht alleine in Predigen und *Sacrament* austheilen beſtehet/ ſondern über dieſes auch ſich auf die *inſpection Fabricæ, curam pauperum, adminiſtrationem redituum Eccleſiæ*, Vermieth- oder beſtellung der Kirch-Aecker und anderer Güther/ Verlohſung der Stühle/ Beſtellung der Kaſten-Meiſter/ oder Vorſteher/ Verwahrung der Kirchen Brieflichen Urkunden/ und viel anders mehr ſich erſtrecket/ dahin auch die Vorſorge vor das *ærarium eccleſiaſticum* und die dazu gewiedmete Gelder/ und folglich/ was alle Sonntag in den Klingel-Sacke einkömmet/ inſonderheit mit zuziehen/ zu dem Ende in dem Fürſtl. Sächſ. Landen/ nicht ohne erhebliche Urſache durchgehends eingeführet/ und üblich hergebracht/ daß der *Paſtor* oder *Diaconus* nebſt den Kirchen-Vorſteher nach gehaltenen Gottes-Dienſt/ das durch den Klinge-Beutel geſamlete Geld überzehle/ auch richtig verzeichne/ und hierinnen eben ſowohl/ als bey andern *actibus miniſterialibus, certa Perſonæ induſtria* erwehlet worden. Dahero ein Pfarrer ohne Vorbewuſt des *Superioris* in allen dieſen Verrichtungen was zu ändern/ oder einen andern an ſeine Stelle ſolches auſzutragen nicht erlaubt iſt; unerachtet alle dieſe *actus* in des *Paſtoris vocation ſpecifice* nicht benahmet noch in der Kirchen-Ordnūg *exprimiret* zufinden/ ſintemahl es genug iſt/ daß ſolches die durchgehende *obſervanz* bezeige/ *quæ facit jus non ſcriptum*, welches auſer dem Landes-Fürſten zu ändern niemand bemächtiget: Auch was etwa in Ablegung einer Predigt durch einen andern geſchiehet/ nur in Fall unumgänglicher Verhinderungen verſtattet wird/ und an ſich ſelbſt kein *Jus perpetuum* oder beſtändige Aufwartung einer einzigen Perſohn *inferiret*/ und über dieſes eine ſchon eingeraumte unzweifliche Erlaubnis hat. So ſeyn dannenhero alle dergleichen *Obligationes*, darinnen ein Schul-Bedienter des Pfarrers Verrichtungen/ ſie ſeyn beſchaffen wie ſie wollen/ als ein beſtändiges *onus* ohne des *Superioris* Vorwiſſen und Einwilligung übernimmet/ vor ungültig zu achten und mag aus ſolchen *fundamento* der jetzige *Caſus* gar wohl und füglich entſchieden werden.

238



Ferner was die fünffte Frage betrifft / obwohl eine *Obligation* und ſchrifftliche Verſchreibung / ſo ein Pfarr von ſeinem Beicht-Kinde / kurtz vor der Beichte heraus bringet / an ſich ſelbſt *pro coactâ promiſſione* nicht ausgegeben werden mag / und in ſo weit wohl gültig ſeyn kan. Alldieweil aber nicht zu läugnen / daß zu ſolcher Zeit / ein Chriſtliches Beicht-Kind nicht nur ſeine Andacht mehr auf geiſtliche / als auf weltliche Sachen zurichten pfleget / ſondern auch einen beſondern *metum reverentialem* gegen ſeinen Seelſorger träget / um des willen ein Beicht-Vater ſein Beicht- und Pfarr-Kind billich mit Antragung dergleichen weltlichen *negotii* verſchonen ſolte / oder ſo es dennoch geſchiehet / ſolche Zuſage nicht *absque nota concuſſionis* angeſehen werden kan. So iſt dannenhero angeregte kurtz vor der Beichte heraus gebrachte *obligation* nicht zu *approbi*ren / mag auch geſtalten Sachen nach / für gültig nicht geachtet werden / ſondern wird vielmehr dieſes ärgerliche Vornehmen zu des Ehrn. *Adjuncti* Verantwortung geſtellet.

So viel hieneſt die ſechſte Frage betrifft / ob wohl einem *tertio* ſich in fremde Sache / darbey Er kein *intereſſe* hat / zumiſchen und in ſelbiger *Interveniendo* einzukommen / verboten / zumahl auch einem Stadt-Rathe / die gemeine Einkünffte auf unnütze *Proceſſe* zuwenden / nicht erlaubet. Alldieweil aber E.E. Rath zu B. der Kirchen daſelbſt *Patronus* iſt / und alſo deſſen Amt erfordert dahin zuſehen / damit keine Neuerung / zumahl *in adminiſtratione redituum* bey der Kirchen gemacht / und ein oder der andere von denen Kirchen-Dienern wieder Recht nicht beſchweret werde. So iſt demnach derſelbe in gegenwärtiger Sache dem *Cantori interveniendo* beyzuſtehen / und wieder den Ehrn / *Adj.* zu *agi*ren wohl befugt.

Endlich auch die ſiebende und letzte Frage belangend; nachdem der *Cantor*, nach obigen angeführten Gründen / ſich des aufgetragenen Heller-Zehlens / auch anderer zugemutheten Neuerungen mit Fug Rechtens verweigern kan / und die dem

Ehrn

Ehrn *Adjuncto* ausgeſtellte Verſchreibung von keiner Gültigkeit iſt. So mag er um deswillen an ſeinen Amt nicht gehindert/ weniger gar *removir*et werden / V. R. W.

# CAPUT VI.
## DE
## *Uſu Sacculi ſonantis, ratione* Loci & Temporis.

§. I.

VTi ad eleemoſynas colligendas nec quilibet locus nec tempus quodlibet aptũ exiſtit, ita in oblationibus largiendis circumſtantias temporis & loci quam maxime attendi convenit. Eædem ergo circa Sacculum ſonantem ejusve uſum cõnſiderari merentur. Et locum quidem, in quo ille circumferri debeat, veteres pia intentione elegerunt templum, ſeu ædem ſacram divino cultui publica epiſcopi autoritate ita deſtinatam, ut in illa Chriſtiani ad verbum divinum audiendum, ſacramenta percipienda aliaque ſacra officia peragenda conveniant. Neque enim commodior locus huic rei deſignari potuit, quam ille ipſe, in quo homines fidem ſuam ore & opere publice profitentur, atque ſpecimina pietatis palam exhibere ſatagunt. Accedit, quod præſentia Numinis inmenſa ſua beneficia credentibus in hoc loco impertientis, illorum corda facilius ad

*Locus colligendarum oblationum Templum.*

240



gratum erga Deum animum declarandum ac liberalitatem erga proximum exercendam commotum iri, veteres eccleſiarum antiſtites perſvaſi fuerint.

§. II.

Perſtitit igitur mos iſte ad noſtra usque tempora. Quippe hodienum videmus, oblationes ſeu peculiolam ad uſus pios adhibendam in templo ac cœtu fidelium colligi. Id quod publica ſanctione firmavit potentiſſimus Saxoniæ elector *in Decreto gener. art. 34.* ubi ita legitur: Daß alle Sonn- und Feyertage in der Kirche / wenn die Gemeine bey einander / das Allmoſen jedes Orts mit dem Säcklein geſamlet / und die Zuhörer durch die Pfarrer und Kirchen-Diener vermahnet werden ſollen. 2c.

§. III.

*Non in qualibet eccleſia inſtituitur*

Verum quæſtio illa: an in quolibet templo, quo Chriſtiani convenire ſolent, oblationes iſtæ per ſacculum ſonantem exigendæ ſint? disquiſitionem accurationem commeretur. Haud equidem ſummis eccleſiarum Rectoribus ſive Epiſcopis facultatem, uſum ſacculi ſonantis in quamlibet eccleſiam introducendi, denegamus, cum ab ipſius auctoritate totum hocce negotium dependeat. Vid. *ſupr. cap. 3.* Veruntamen, cum Epiſcopus eo præſertim reſpicere teneatur, ne per conceſſionem alicujus juris alteri eccleſiæ factam alterius eccleſiæ juribus noceat, illique damnum inferat, Epiſcopus ſacculi ſonantis uſum, ſi per illum reditus alterius eccleſiæ diminuantur, aut aliud quoddam præjudicium creetur, eccleſiæ alicui impertiendi abſolutam poteſtatem nequaquam habet. Hinc ali-

liquando de eo diſceptatum novimus, an jus hocce colligendi eleemoſynas, durch den Klinge-Beutel parochiale tantum tribuendum ſit eccleſiæ, ita ut hæc alias eccleſias non parochiales ab uſu ejusdem arcere poſſit? Rationes pro utraque ſententia recenſet Excell. Dnus D. Iuſtus Henning. Bœhmer. *in Diſſ. d. Jur. paroch. circ. adminiſt. ſacr. cap. 1. §. 31.* quas breviter hic repetere operæ pretium eſſe duximus. Nimirum pro affirmativa deciſione pugnare videtur (1.) quod eccleſia parochialis ordinarios, miniſtris ſuis vol pauperibus alendis, deſtinatos habeat reditus, iis vero collectio iſta accenſeri debeat; (2.) quod quælibet eccleſia in jure ſuo quæſito turbari nequeat, id vero fiat omnino, ſi eccleſia non parochialis jus colligendi eleemoſynas ſibi tribuat, cum hac ratione reditibus parochiali eccleſiæ dicatis multum derogetur. (3.) Quod juxta *can. 13. cauſ. 10. qu. 1.* Hieronymus *ſacerdotibus, qui pro illis orare debent, quorum eleemoſynas & oblationes accipiunt*, easdem oblationes tribuendas eſſe ſcribat, ut hinc alteri eccleſiæ, aut ſacerdoti non relinqui debere, dicendum ſit; (4.) quod huc inclinare cenſeatur Barboſa. *d. jur. paroch. p. 3. c. 24 n. 5. & 24.* Negantium e contrario opinio ſequentibus ſuffulciri poteſt rationibus: (1.) oblationes iſtæ eleemoſynariæ ſunt voluntariæ, nec ullis jurium vinculis conſtrictæ, jura vero parochialia plenam in ſe continent obligationem parochianis impoſitam, atque hinc opera charitatis ad actus juris parochialis referri nequeunt: (2) actus parochales ſolos parochiano reſpiciunt, oblatio vero iſta per ſacculum ſonantem etiam fit ab aliis, qui non ſunt de

*An in eccleſia non parochiali?*

paroecia: (3.) collectio eleemoſynarum a quolibet patrefamilias in privatis ædibus peragi poteſt: (4.) iſta collectio ad eundem inſtituitur finem, in quem eccleſia parochialis eum recepit, nim. ad ſuſtentationem pauperum, atque inde hæc de aliquo ſibi illato damno conquerendi cauſam non habet.

§. IV.

Sane cum controverſia hæc ſuperioribus annis Hallis Saxonum inter Profeſſores Facultatis theologicæ, qui in templo gymnaſii, der Schul-Kirche / conciones publicas ſtatis diebus inſtituerant, & inter Procuratores ſive adminiſtratores bonorum ad tres parochiales eccleſias, quæ in dicta civitate vigent, pertinentium moveretur eccleſiis hiſce, collectiones iſtas per ſacculum ſonantem in templo gymnaſii haud locum habere contendentibus, ac totum iſthoc negotium deciſioni Potentiſſimi tunc temporis Electoris Brandenburgici, nunc Boruſſiæ Regis, tanquam ſupremi Ducatus Magdeburgenſis Epiſcopi, ſubmitteretur, rationes jam pro utraque diſſidentium parte allatæ tantum habere momentum viſæ fuerunt Sereniſſimo Principi, ut is primum contentionem illam plene dirimere abnuerit, ſed ſequens dederit ad Conſiſtorium ſupremum Hallenſe reſcriptum:

*Reſcriptũ Electoris Brandenburgici.*

Friedrich der Dritte / Churfürſt.

V. G. G. Z. Würdige / Veſte / Hochgelahrte / Räthe. L. G. Aus dem Beyſchlus werdet Ihr erſehen / welcher geſtalt ſich die Kich-Väter und Achtmänner der dortigen dreyen *parochial*-Kirchen / über den bey der Schul-Kirchen daſelbſt eingeführten Klinge-Beute beſchwe-

ſchweren / auch wie Sie dabey bitten / das weiln hierdurch gedachte Schul-Kirche zu einer *parochial* Kirche gemach werden wolte / ſolches abgeſtellet werden mögte. Nun laſſen Wir dahin geſtellet ſeyn / ob der Gebrauch des Klinge-Beutels *ad jura parochialia* gehöre oder nicht / und werden ſich ohne Zweiffel bey denen Evangeliſchen *exempla* gnug finden / da auch in Kirchen / ſo eigentlich keine Pfarrern ſeyn / der Klinge-Beutel gebrauchet wird; dafern auch das jenige / was bey denen dortigen Kirchen der Klinge-Beutel einbringet / den Armen zu gute kömmet / ſo ſehen Wir nicht / was den *Supplicant*en dadurch abgehet / und was Sie für Urſachen haben / ſich dawieder zuſetzen / daß durch die Einführung / dieſes neuen Klinge-Beutels die Allmoſen alldort vermehret werden. Neque tamen Potentiſſimus Elector per hoc reſcriptum reliquarum eccleſiarum juribus quicquam derogare voluit; ſiquidem ante omnia, ad quem uſum pecunia iſta in reliquis eccleſiis parochialibus collecta antiquitus fuerit deſtinata, inquiri juſſit, ne forte illarum jus per conceſſionem novæ collectionis interverteretur, adeoque clauſulum ante memorato reſcripto prudentiſſime ſubjunxit: Im Fall aber der Ertrag des Klinge-Beutels etwa zum Unterhalt der Prediger bey der *parochial* Kirchen angewendet wird / ſo wird die *theologi*ſche Facultät daſelbſt vermuthlich auch keine *difficul*tät machen / dasjenige was auf dieſe Weiſe in der Schul-Kirchen eingeſamlet wird / zu ſolchen Behuf abzugeben / immaſſen Ihr es dann *eo caſu* auch dahin zuveranlaſſen / ſeind Euch mit Gnaden gewogen. Geben Potsdam / den $\frac{2}{1}\frac{0}{0}$ Maij 1696.

Friedrich. §. V.

244



§. V.

Juſtiſſime ſane, ne ad parochiales eccleſias per novam collectionem in alia eccleſia non parochiali inſtitutam quicquam detrimenti redundaret, prohibuit potentiſſimus Elector, ſi pecunia in illis oblata non generatim pauperibus, ſed ſuſtentationi Miniſtrorum eccleſiis iſtis ſpeciatim eſſet deſtinata. Cum igitur in memorato antea caſu cognitione prius facta manifeſtum evaderet, per uſum ſacculi ſonantis in alio templo receptum proventus parochialium eccleſiarũ haud parum imminui, illuſtre Regimen ac protoſynedrium Hallenſe ſupremi ſui Principis & Epiſcopi mentem ac mandatum Facultati theologicæ his verbis dicavit; U. f. d. z. Tit. Dieſelbe erſehen aus denen copeylichen Einſchlüßen mit mehrern / was die Kirch-Väter und Achtmänner der dreyen hieſigen *parochial*-Kirchen / an den Stadt-Rath allhier / und dieſer wieder an Uns / wegen des in der Schul-Kirchen eingeführten Klinge-Beutels / fürgeſtellet / es iſt Ihnen auch nicht unbekand / was S. Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg / unſer gnädigſter Herr / dieſerwegen hiebevor allbereit verordnet und befohlen. Alldieweil nun der meiſte Theil der hieſigen Einwohner / laut der *Collect*en-Bücher / ein gar weniges / und zu Unterhaltung des Armuths nicht zureichendes beyträget / und dann / dem Berichte nach / das in denen Klinge-Beuteln bishero geſamlete Geld theils zu Beſoldung der Prediger angewendet / theils auch denen Armen und *Current*-Schülern mit ausgetheilet worden / ſo zweifeln wir nicht / dieſelbe werde ins künfftige die Anſtalt ma-

*et non Conſiſtorii Hallenſis.*

machen/ daß das vermittelſt des Klinge-Beůtels durch den *Calefactor*, it denen Vor-und Nachmittags-Predigten *colligirte* Geld/ in die Allmoſen-Caſſe auf das hieſige Rath-Haus iedesmahl geliefert werden möge/ und ſeynd ꝛc. Datum Halle/ den 19. Saptemb. 1699.

Churfürſtl. Regierung und
*Conſiſtorium.*

§. V.

Tandem quoque, ne ullum dnbium ſupereſſet, totum iſtud negotium inſimulque quæſtionem ſupra propoſitam, juxta facti præſentis circumſtantias definire, & collectionem per ſacculum ſonantem juri parochiali adſcribere non dubitavit laudatiſſimus Princeps Elector, reditus inde provenientes parochialibus eccleſiis tradi jubens, ſequenti deſuper ad Regiminis Magdeburgenſis collegium dato reſcripto: *Deciſio Electoralis.*

Friedrich der Dritte / Churfürſt.

V. G. G. Z. Veſte/ Hochgelarte/ Räthe/ Liebe Getreue. Wir haben aus eurer gehorſamſten *relation* von 29. Nov. jungſthin vernommen / was ihr wegen des Klingebeutel-Streits in der Schul-Kirchen zu Halle ausführlich berichtet und fürgeſtellet habet. Wann Wir nun aus denen von Euch angeführten Urſachen und Umbſtänden / und inſonderheit daß die *Facultæt* ſich aller actuum parochialium, worunter die *Collect*en in Klinge-Beutel mit gehören / freywillig begeben / euer Gutachten *approbi*ren / und wollen / daß beſagter Klinge Beutel dem Rathe zu gewiſſenhaffter *diſpoſition* überlaſſen werde; Als habet Ihr der *theolo*giſchen *Facult*ät anzudeuten / daß Sie das in der Schul-Kirchen in dem Klin-

H geben-

gebeutel eingeſamlete Geld in die Allmoſen-*Caſſam* auf das Halliſche Rathhaus jederzeit einliefern laſſen ſollen / damit daſſelbe dazu angewendet werden könne / wozu es anfänglich *deſtiniret* worden / und ferner Streit vermieden werde / Seind Euch mit Gnaden gewogen. Cölln an der Spree / den 24. *Novembr.* 1699. Friedrich.

§. VII.

*Quo tempore utendum ſacculo ſonante.*

Hæc de Loco. *Tempus* ad uſum ſonantis ſacculi deſtinatum quod concernit, determinat id ſupra allegata electoralis conſtitutio *in Decret. gener. art. 34.* quando diem dominicum, qui alias Solis audit, nec non reliqua anni feſta celebriora eum in finem ex hac cauſa deſignat, quod hiſce diebus populus frequentior ad patranda ſacra in templum confluere ſoleat. Ita enim verba ſonant: Alle Sonn- und Feyertage in der Kirchen / wenn die Gemeine bey einander / das Allmoſen jeden Orts mit dem Säcklein geſamlet / und die Zuhörer durch die Pfarrer und Kirchen-Diener vermahnet werden / &c. id quod repetitum a glorioſiſſimæ memoriæ Electore Iohanne Georgio I. *in Decret. Synodali d. an. 1624.* verb. Es ſollen auch die Kirch-Väter mit dem Cymbel Säcklein alle Sonn- und Feyertage das Allmoſen mit Fleis ſamlen und berechnen. Idem & in omnibus eccleſiis proteſtantium Principum hodie receptum & quotidiana praxi conſtabilitum novimus. Neque tamen intra dominicorum aut feſtivorum dierum cancellos Principes noſtrates charitatis chriſtianæ exercitium coarctare, ſed plerisque in locis ultra eos extendere voluerunt, adeoque ad oblationes ejusmodi faciendas

das omni fere tempore, quo cultus divinus in eccleſiis celebratur, populum per ſacculum ſonantem admonere intenderunt, præſertim cum eccleſiarum indigentia & publica neceſſitas elargitiones iſtas faciendas quodammodo expoſcat ac imperet.

§. VIII.

*Num inter concionandum expediat ſacculum circumferri*

Cæterum in eo, utrum hancce collectionem inter concionandum inſtituere expediat? haud pauci diſſentiunt. Inter illos, qui ritum iſtum rejiciunt, Cyriacus Lentulus *lib. ſtat. rei rom. pag. 980.* judicium ſuum ſuper hac re ita pronunciat: *Incommodi aliquid habet, ſingulos in templo adeundi, nam & attentio verbi divini turbatur, & quibus nihil in marſupio, puteſiunt. Commodior mos Gallicarum eccleſiarum: finito ſacro ſermone in oſtio templi duo adſtant, exeuntibus, ut pauperum recordentur, acclamantes. Quæ conſuetudinis diuerſitas nequaquam tanti eſt, ut ob eam ſegreges cœtus inſtituantur, eccleſiæ vetus communio deſeratur. Quod ſi* inquit Hornbeckius, *mos illi Diaconorum, media concione porambulandi eccleſiam ad colligendas eleemoſynas, conferatur cum alio eorum, qui idem agunt poſt concionem, & accipiunt oblata a fidelibus, non dubito, quin iſto ille melior & præferendus ſit. Sed hæc inter illa, quæ uti judiciis variant, ita & moribus apud eccleſias.* Hornbeck. *Epiſt. ad. Duræum.* Conſimili ratione *Autor Theatri Tragici* oder der eröffneten Schaubühne allerhand ſonderbahrer Trauer-und Todenfälle / qui *Miſander* dici mavult, *part. 1. caſ. 306.* morem hunc taxat, cum ita ſcribit: An manchen Orten hat man die Allmoſen-Büchſen / vor den Thüren / dahinein die Herausgehen-

248



henden etwas ſtecken / meiſt aber iſt eine Art / da man von Perſon zu Perſon etwas einſamlet / da gehet denn ein Kirchen-Vorſteher herum / und ſamlet mit einem hierzu bereiteten Säcklein / ſo eine Cymbel bey ſich hat / und einen Klang von ſich giebet / etwas von denen Zuhörern unter der Predigt ein. Denn alſo müſſen diejenigen ſich ſchämen daß ſie vor allen Leuten nichts wolten geben / da ſie es ſonſt wohl mehr thäten. Man muß aber geſtehen / daß ſothanes Herumgehen dem Prediger und dem Zuhörern recht beſchwerlich ſey: Denn es kan ja nicht geleugnet werden / daß die andacht zimlich geſtöret wird Weil aber *uſus tyrannus* iſt / ſo muß man es auch leiden / ſonſt wenig einkommen würde. Nos vero, cum tota hæc res ſit mere indifferens, eorum, qui jus ſibi ſupremum in ſacris vindicant, ſanctioni liberæ illam relinquimus.

## §. IX.

*Pecunia non ſuper altare effundenda.*

Tandem & id annotandum hic venit, quod potentiſſimus Elector Brandenburgicus pientiſſimæ memoriæ FRIDERICVS WILHELMVS, in *Ordin. Eccleſ. Magdeb. d. an. 1685. cap. 25.* §. 3. ſancivit, pecuniam per ſacculum ſonantem collectam ſuper altare haud effundendam, ſed totum numerandi eam negotium in Sacriſtia potius peragendum. Verba ita ſe habent: Doch ſoll das Klingeſack-Geld nicht in der Kirche auf dem Altar / ſondern in der Sacriſtey in Beyſeyn des Pfarrers vom Kirch-Vorſteher ausgeſchüttelt / gezehlet und in Rechnug gebracht werden. Qua quidem in re sereniſſimus Legislator ad veterem eccleſiæ ritum, quem *ſupr. cap. 2. §. 7. infin.* memoravimus, haud dubie reſpexit.

Cap. VI

249



# Caput VII.

## DE

## *Fine Sacculi ſonantis.*

### §. I.

DE Oblationibus veteris eccleſiæ jam ſupra dixim us, adhibitas illas fuiſſe in uſum eccleſiæ nec non in ſuſtentationem ejus miniſtrorum, viduarum item ac pauperum. Cum igitur in locum iſtarum Oblationum hodie collectio pecuniæ per ſacculum ſonantem ſucceſſerit, Hildebr. *d. Oblat. cap.* 5. §. 12. eundem finem intendi, & nummos ita collectos in uſum ipſius eccleſiæ, præcipue etiam ed alendos paſtores & verbi divini miniſtros, pauperes item & egenos adhiberi notiſſimum eſt. Ita namque olim eccleſiarum reditus & fidelium oblationes divdii fuit moris, ut quatuor ex iſtis conſtituerentur partes, quarum una cedebat Epiſcopo, altera Clericis, tertia ſuſtentationi pauperum, quarta fabricæ & ſtructuris eccleſiæ reparandis. *can. quatuor. 27. & 30. cauſ. 12. qu. 2.* Add. *can. 10. cauſ. 10. qv. 1. & can 3. d. cauſ. 10. qv. 3.* Chriſtin. *Vol. 2. Dec. 24. n. 2.* Adeoque idem merito hodienum in his collectis pecuniis obſervatur.

*oblationes olim in quatuor partes diviſæ.*

### §. II.

Et quidem, quod ad ipſam eccleſiam ejusve ſtructuram attinet, ea quotidie inſtauratione quadam, ad

*ad Eccleſiæ fabricam*

quam ſumtus ex reditibus eccleſiæ ſunt ſuppeditandi, opus habet. Atque eum in finem jura tam civilia, quam canonica requirunt, ut is, qui eccleſiam conſtruit, eandem quoque, quo ſumtus ad reparationem fabricæ aliosque uſus neceſſarios ſemper ſint parati, ſufficienter dotet, nec Epiſcopus in extructionem eccleſiæ prius conſentiat, quam de dote ad conſervationem eccleſiæ, ejusve miniſtrorum neceſſaria conſtet. *Nov. 67. cap. 2. can. 26. qu. 16. qu. 7.* Ziegl. *d. dot. eccl. cap. 6. §. 3.* Si autem eccleſiam ſufficiente dote haud inſtructam conſecraverit, ipſe eandem dotet. Finckelth. *d. jur. patron. cap. 4. n. 69.* De cætero ratio ſvadet, ut ſi reditus ex dote ad reparandam fabricam non ſufficiant, a parœcianis id ſupplementum exigitur. Klock. *d. contribut. cap. 10. ſect. 1. n. 51.* Fincklth. *d. tr. cap. n. 84.* adeo, ut etiam parœciani eccleſiæ filialis, nec non illi, qui ſub alio Magiſtratu domicilium habent, de ſuo ad id conferre teneantur. Carpz. *Juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 339. ſeq.* quia nim. non magiſtratui, ſed Deo hoc in caſu hæc ſit collatio. Nullum igitur eſt dubium, quin oblationes ſacculi ſonantis, quippe quæ reditus templi augent, & ad ærarium eccleſiaſticum referuntur, hiſce uſibus poſſint adhiberi.

*Eccleſia ab extruente conſervanda.*

## §. III.

*Ad eccleſiæ miniſtros ſuſtentandos.*

Ad miniſtros deinde eccleſiæ ſuſtentandos quod attinet, præcipua horum cura haberi debet, illorumque alimoniæ inprimis eccleſiarum reditus aſſignari convenit, cum, docente Apoſtolo, qui altari ſervit, de altare quoque vivere debeat. Atque hinc, ſi omnes quatuor partes, in quas reditus eccleſiæ, ſecundum

canonum placita diſtribuendi ſunt, omnibus non ſufficiant, illos eccleſiæ miniſtris integros cedere, eosdemque jus quoddam protimiſeos in illis habere, tradit Ziegl. *d. dot. eccleſ. cap. 11. §. 11.* & illuſtris Dn. Stryck. *in Not. ad Brunnem. jus eccl. lib. 2. cap. 2. §. 8.* Idem igitur ad oblationes haſce noſtras & reditus ſacculi ſonantis optima ratione applicari poterit, imprimis ſi hæc pecunia collecta primitus ſalariis clericorum miniſtrantium fuerit deputata: nec enim ordinationes jam ſemel rationabiliter introductas aut conſuetudinem receptam invertere licitum, multo minus jus altari quæſitum ipſi eſt eripiendum. Hinc cum in vicina civitate & ſplendida Ducum Vinarienſium ſede, jam ante plures annos pecuniola iſta in templo aulico ſingulis diebus dominicalibus per ſacculum ſonantem collecta, eccleſiæ parochialis miniſtris ad ſuppletionem ſalariorum eſſet aſſignata, eccleſiaſtes vero aulicus reditus iſtos in ſuos uſus convertere atque paſtoribus eccleſiæ parochialis urbicæ ſubtrahere conaretur, graviter ſuper hac re conqueſtus eſt Superintendens tunc temporis Vinarienſibus eccleſiis præpoſitus, cujus verba, in literis ſupplicibus ad Sereniſſimum Ducem, divum Wilhelmum glorioſæ memoriæ datis contenta, cum thema hoc noſtrum haud parum illuſtrent, hic adducere non erit inconveniens.

Præm. Præm. E. Fürſtl. Gn. kan ich unterthänig Klagende nicht verhalten/ welcher maſſen ſich der Herr Hoff-Prediger allhier unterſtehet/ nicht allein einen Eingriff in unſern armen Gottes-Kaſten allhier/ ſondern auch

252



*conſequenter* in mein Pfarr-und *Superintentur* Amt / weil mir die *Inſpection* des Gottes-Kaſtens bey meinen Pflichten oblieget / zuthun / indem er nicht allein das jüngſte *quartal Reminiſcere*, das Geld / welches im Hoff-Klingel-Sack geſamlet / zwiſchen ſich und Herrn M. Hentzelmann getheilet / alſo / daß er / der Herr Hoff-Prediger / 21. Thal. vor ſich davon genommen / und Herr M. Hentzelmannen 9. Thal. davon gegeben / und alſo damahls kein Pfennig herab kommen iſt / ſondern ich und meine andere *Colle*gen haben müſſen darben / und das Nachſehen haben / ſondern auch heute *Trinitatis*, da das Geld hat wiederumb herunter geholet / und unter die *Colleg*en ausgetheilet werden ſollen / daſſelbe dem Kaſten-Herrn nicht hat folgen laſſen wollen. ſondern abermahls drobru behalten / nnd uns für dem Munde weg zunehmen geſonnen. Ob nun wohl der Herr Hoff-Prediger gar kein einig *jus* vorzuwenden hat / ſondern nur dieſes angezeiget / daß er es aus Noth thun müſte / weil er droben ſeine Hoffpredigers-Beſaldung nicht bekomme / darzu ſo hätte er es auch mit E. F. Gn. Vorbewuſt und Einwilligung gethan ; So habe ich Ihme doch für dieſen bey dem nechſten *Quartal* Eingriff allbereit geſaget / daß es E. F. Gn. an nothwendigen unterthänigen Bericht von dieſen Dingen mangele / ſonſten würde E. F. Gn. ihme einen ſolchen Eingriff keines weges geſtatten. Denn vor das (1) der Klingel-Sack zu Hoff / und was darinnen geſamlet wird / iſt von undencklichen Jahren her allzeit ein Stück unſers Gottes Kaſtens Einkommens geweſſen ; (2) So iſt er auch vor der Zeit / bey leben der Durchl. Hochg. Fürſtin und Hertzogin E. F. Gn. Mutter / wie anch E. F. Gn. Herr Bru-

Bruder Hertzog Johann Ernſtens Fürſtl. Gn. beyder hochl. ſeel. Gedächniß/ alle Sontag ſtrack nach Vollendung des Gottes-Dienſtes droben nur in meinen des damahligen Hoff-Predigers Beyſein gezehlet/ und alsbald herabgetragen/ und das Geld in unſern Gottes Kaſten geſchüttet worden; (3) Und bin ich unwürdig 14. Jahr lang Hoff-Prediger geweßen/ und habe niemahls keinen Heller noch Pfennig droben behalten/ auch nicht einen Thaler damahls daraus abgewechſelt. (4) So iſt es gar ſo ungeräumet/ weil der Herr Hoff-Prediger ſeine Beſoldung ſonſt nicht bekommen/ als daß er eben in unſern Gottes Kaſten ſeine Hände ausſtrecken/ und ſich daraus bezahlt machen will/ da er doch in ſeiner Beſtellung weder an den Klingel-Sack/ noch an den Gottes-Kaſten gewießen; (5) So *Lædi*ret er mit ſolchen Eingriff/ nicht nur eiue Perſohn/ ſondern uns alle Prediger und Schul-Diener bey 10. Perſonen und drüber/ mit den andern Aufwartern/ die Wir uns von den *intrad*en der beyden Klingel-Säcke theilen müſſen/ und verlieb nehmen/ da ein jeder an ſtat 40. 30. oder 20. fl. ſeiner Quartal-Beſoldung/ nur etwa 10. 6. oder 4. fl. bekömmet. Wann dann vor (6) auf ſolche maſſe der Herr Hoff-Prediger nicht allein meinen Theil auch mit hinweg nimmet/ ſondern auch dißfalls mir in mein *Sup.* Amt greiffet; als der ich vermöge meines Berufſs/ welches E. Fürſtl. Gn. als *Epiſcopus* in allen Kirchen-Sachen in gantzem Lande mir gnädig aufgetragen/ niemand geſtatten ſoll noch darf/ mit den Kirchen Güttern ſeines Gefallens umbzugehen/ zum (7) auch E. F. Gn. gnädig ermäſſen/ daß ſolcher Eingriff zwiſchen mir und den Herrn Hoff-Prediger in *Conſiſtorio* und ſon-

 ſten

254



ſten ſchlechte *correſpodenz* geben können / da ich doch am meinen Orte Friede halten / und mich zu ihm gar nicht / ſondern er ſich zu mir nöthiget / und ich mich nimmermehr unterſtehen wollen / ihme in ſeine Beſoldung einen Eingriff zuthun. (8) Uber das auch E. Fürſtl. Gn. ſich gnädig entſinnen / daß ſie mich an meiner Fortſetzung in *Sup.* Amt / einmahl von der Hoff-Preiger Beſoldung und andere in Gnaden anweiſſen laſſen; Als gelanget an E. F. Gn. mein unterthänig bitten und Flehen / ſie wolten eine ſolche *Confuſion* der Hoff-Predigers und Kaſten Beſoldung nicht zulaſſen / auch nicht zugeben / daß ſo viel Perſonen auf einmahl / durch eines einigen Mannes Eingriff *lædir*et / und darüber noch darzu mir in meinen Amt eingegriffen werde / ſondern geruhen gnädig zu befehlen / daß der Hoff-Prediger nicht allein dasjenige / was dieſes *Quartal* über in der Hoff-Büchſen geſamlet / unverkürtzt herunter folgen laſſe /, und die jüngſt *reminiſcere* daraus genommene 21. Thaler wieder erſtatten müſſe / ſondern daß auch hinführo zur Verhütung fernern Streits alle Sontage / was droben geſamlet wird / wie vor dieſen zu allen Zeiten bey E. F. Gn. hochlöbl. Vorfahren bräuchlich geweßen iſt ohna iemandes Wegerung herab in unſern Gottes-Kaſten gefolget werde. Dieſes habe ich nicht allein in meinen / ſondern auch in der anderen *Collegen* / bey Kirchen und Schulen / (weil E. F. Gn. ſie alle an mich gewießen /) Nahmen unterthänig ſuchen müſſen / habe zwar gemeinet E. F. Gn. damit zuverſchonen / und deswegen jüngſt mit dem Herrn Hoff-Prediger in *Conſiſtorio* freundlich geredet / der Hoffnung ihme von ſolchen Vornehmen abzuwenden / weil es aber nicht helffen will / als bitte E. F. Gn. ich

gar

gar unterthänig mir es zur Gnade zuhalten / daß E. F. Gn. mit dieſen Suchen beſchwehren muß: E. F. Gn. ſamt alle den Ihrigen dem allmächtigen heiligen GOtt zum gnädigen Schutz und Regierung / und E. F. Gn. mich zur Gnade unterthänig befehlende / Weimar am Sontage *Trinitatis* 1630

§. IV.

Cum quoq; ſubſequenti tempore concionator aulicus oblationes iſtas in æde palatii ſacra collectas denuo ſibi ſoli arrogare auſus fuiſſet collegium eccleſiaſticum in jam laudata civitate eandem fere querelam repetiit, Principique ſuo hunc exhibuit libellum. P. P. Ewr. Fürſtl. Gnaden ſind bewuſt / daß der Hoff-Prediger M. D. L. mit der *Collect* des Hoff-Klingel-Sacks 51. fl. 3. gl. 8. 8. gewaltſamer Weiſe genommen und geborget. Wann denn ſolche *Collectur* dem Gottes-Kaſten gegeben / bey armen *exulant*en / auch andern ausgaben und armen Nothleidenden zugebrauchen / und der dürfftige Gottes-Kaſten jetzo ſolcher höchlichen benöthiget / wegen einreiſſender *Infection* und ſonſten vielen Armen zur Ausgabe: Als gelanget an E. F. G. unſer unterthäniges Bitten / E. F. Gn. wollen geruhen und in Gnaden dem Herrn Cammer-Schreiber Johann Scheffern / oder der ſonſten des Herrn Hoff-Predigers Abrechnung zuthun / anbefehlen zulaſſen / daß ſolche 51. fl. gl. 8. 8. an ſeiner Beſoldungs-Foderung abgezogen / und dem armen dürfftigen Gottes-Kaſten erſetzet und wiederum gegeben werden / das wollen wir mit demüthigen Gebeth und unterthänigen Gehorſam verſchulden. *Datum* Weymar / den 22. *Aug.* 1636.

256



Ne igitur vel ærario eccleſiaſtico, vel concionatori aulico quicquam deeſſet, litem jam memoratam ita dirimere placuit Sereniſſimo tunc temporis Ducatus Vinarienſis Principi, ut oblationes per ſacculum ſonantem, quæ antea non niſi in ſacris antemeridianis fieri conſueverant, pomeridianis quoque horis inter concionandum exigerentur, atque pecunia ita collecta uſibus miniſterii ſacri in ipſa civitate cederet, reliqua vero in æde ſacra pallatii ſacculo injecta ſoli concionatori aulico in partem ſalarii aſſignaretur. Imo ut eo amplior eſſet reditus, easdem collectiones in concionibus quoque matutinis noviſſime inſtitutis Sereniſſimus Princeps regens clementiſſime fieri juſſit.

§. V.

*ad alēdos pauperes*

Pauperum demum curam quod ſpectat, illa quoque per oblationes noſtras quam maxime promoveri poſſe, imo debere, certum eſt. Initio enim ipſi eccleſiæ Miniſtri, quicquid ex piorum collationibus reliquum habebant, in pauperes erogabant, atque hinc in ſynodo Aurelianenſi V. ann. dom. DLII. habita, *can. 8.* ſtatutum legimus, ut *unusquisque Epiſcoporum incolis, quos infirmitatem incurriſſe, tam territorii ſui, quam civitatis agnoverit; DE DOMO ECCLESIÆ juxta poſſibilitatem victui & veſtitui neceſſaria ſubminiſtret.* Et licet ad hanc erogationem poſt aſſignata pauperibus hoſpitalia neque ex lege juſtitiæ neque ex præcepto clericos amplius obligatos eſſe, quidam contendant, id tamen perperam fieri, aſſerit Ziegl. *ad Lancel. lib. 2, tit. 27. §. 1. in fin.* Atque eum in finem, pauperum nim. ſuſtentationem, Sereniſſimus quondam Saxoniæ Elector

Sac-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0070-1

Sacculum ſonantem diebus dominicis in cœtu fidelium circumferri juſſit, dum in *Artic. general. 34.* inter novem modos ad uſum pauperum collectandi, hunc primum eſſe voluit, qui peragitur durch das Säcklein/ in verbis: Damit nach Abſchaffung des ergerlichen und ſchädlichen Umſtreichen der Bettler/ arme Dürfftige/ und ſo entweder mit Leibes-Schwachheit beladen/ oder ſonſt ihr Brod mit Hand-Arbeit nicht mehr erwerben können/ nicht verlaſſen werden/ ſondern ihre Nothdurfft haben mögen/ zum erſten ſoll alle Sonn und Feyertage in der Kirchen/ wenn die Gemeine bey einander/ das Allmoſen/ jedes Orts mit dem Säcklein geſamlet werden. Idem ſtatuit, & ritum iſtum per ſacculum colligendi de novo introducere haud dubitavit potentiſſimus Boruſſiæ Rex, in peculiari Conſtitutione, der Armen Ordnung/ per Ducatum Magdeburgenſem anno 1703. promulgata, ubi §. 13. hæc leguntur verba: Die Verſorgung der Armen ſoll auff den Dörffern durch Vereinigung der Gerichtsherrn/ *Paſtoris* und der Gerichte/ in der Monats Zeit in gute Ortnung gerichtet ſeyn/ und zu dem Ende alle Sontage a dato publicationis, innerhalb 4. Wochen/ wo es noch nicht geſchehen/ ein Klingel-Beutel in der Kirchen/ und wöchentlich ein Brod Korb herum zutragen eingeführet werden.

§. VI.

Cum igitur pecunia hac ratione congeſta eccleſiæ principaliter cedat, ejusdemque reditibus accenſeatur, ſequitur inde, quod omnia, quæ de bonis eccleſiaſticis prodita ſunt, jura & privilegia, ad oblationes

238



*Donatio ſacculo facta non indiget inſinuatione.*

noſtras & ſacculum applicari poſſint. Hinc (1) de donatione quam quis facit ſacculo ſonanti, disquirendum venit, an inſinuationem judicialem requirat, etiamſi quingentos ſolidos excedat? Ita quidem nonnullis circa donationem eccleſiæ factam videtur, ex eo, quod ante *l. pn. C. d. donat.* donatio eccleſiæ facta ſine inſinuatione voluerit usque ad CC. ſolidos, per *l. 34. C. donat.* quam tamen Iuſtinianus Imp. poſtmodum mutavit, quando donationem ſolum eccleſiæ factam ad quingentos usque ſolidos etiam ſine inſinuatione valere voluit, *d. l. 34. verſ. exceptis. C. d. t.* Quoniam vero ſucceſſu temporis cuilibet privato usque ad quingentos ſolidos absque inſinuatione donare permiſſum fuit, *l. 36. §. fin. C. eod.* eccleſiæ jus proportionabiliter auctam videtur, ut hinc usque ad ſeptingentos ſolidos donari ſit conceſſum Vid. Gloſſ. *ad. d. l. 34.* & Cyn. *ad. l. 19. C. d. SS. Eccl.* Sed opinionem hanc merito refellit Bach. *ad Treutl. Vol. 2. Diſp. 19. th. 6. lit. E.* prout & quamlibet eccleſiæ factam donationem, quæ D. Solidos excedit, ſine judiciali inſinuatione eſſe invalidam, ſtatuit Carpzov. *p. 2. Conſt. 12. def. 13.* Ludvvel. *ad Weſenb. tit. d. donat. n. 6. verb. nam in aliis.* Hahn. *ad Weſenb. d. t. n. 6.* Attamen ſecundum jus canonicum aliter pronunciandum eſſe putat Tiraquell. *d. privil. piæ cauſ. 124.* Perez. *in cod. d. donat. n. 34.* Zoeſ. *ad Dig. d. t. n. 54.* quin & hanc ſententiam receptiorem eſſe ſcribit Brunnem. *ad. l. 19. C. d. SS. eccleſ.* ex ratione, quod in piis cauſis non ſequamur leges civiles, arg. *cap. 11. X. d. teſtam.* Idem igitur de donatione quæ fit ſacculo ſonanti, ſi modo talis caſus contingat, ſtatuendum, eandemque ſubſiſtere ſine

in-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0072-2

inſinuatione ad dictam jam quantitatem credimus.

§. VII.

Ex quo in ſimul colligere licet, quid juris locum inveniat circa revocationem donationis ſacculo ſonanti factam, ſi donatori poſtea liberi nati fuerint. Licet enim nonnulli eccleſiam ab iſta revocatione legibus alias conceſſa in *l. 8. C. d. revoc. donat.* ſi modo liberorum legitima per donationem iſtam non diminuatur, excipere ſuſtineant, ob *can. fin. cauſ. 17. qv. 4.* ubi dicitur, quod eccleſiam poſſit res omnes donatas retinere, etiamſi donanti liberi poſtea naſcantur, non quidem jure poli, ſed jure ſoli vid. Bachov. *ad Treutl. v. 2. Diſp. 19. th. 7. lit. c. cum* Covarr. & Donell. *ib. alleg.* Attamen Mæſtert. *d. juſt. leg. rom. 2. dub. 43.* per *jus fori* non intelligi ſcribit jus Romanum, ſed illud, quod favore eccleſiæ contra jus rom. ac rationem æqui & boni irreperat; quin & ipſe Auguſtinus in *d. can.* Aurelii Epiſcopi Carthaginenſis factum laudat, qui oblata ſuæ eccleſiæ donatori ob natos poſtmodum liberos reſtituit. Recte igitur revocatio donatarum rerum etiam eccleſiæ facta hoc in caſu inſtituitur. Mynſ. *cent. 5. Obſ. 6.* Bocer. *tr. d. donat. cap. 3. n. 110.* Struv. *Ex. 40. th. 16.* Linck. *d. jur. templ. cap. ult. n. 12.* Atque hinc idem in donatione in ſacculum ſonantem collata locum habere liquido conſta.t

*An ob liberos natos revocari poſſit.*

§. VIII.

Porro quamvis juxta legum civilium placita, dominium rerum ſine trapitione in alterum transferri nequeat, *l. 20. C. d. pact.* Juſtinianus tamen Imp. in *l. 23. C. d. SS. Eccleſ.* hoc privilegium conceſſit eccleſiis, ut

*Dominium Eccleſia acquirit ſine traditione.*

ut dominium nulla interveniente traditione ex nudo contractu iis acquiratur, atque adeo vindicatio iisdem hoc nomine ſtatim competat Tiraqv. *d. priv. piæ cauſ. 107.* Et licet nonnulli privilegium iſtud tribus ſolum cauſis ab Imp. ibidem memoratis tribuere malint; ob ſummum tamen eccleſiarum favorem reſtrictoinem hanc rejicit & in omnibus acquirendi cauſis dominium ex contractu absque traditione eccleſiae tribuit Covarruv. *lib. 2. reſ. cap. 19. n. 2.* Hinc idem jus Eccleſiæ quævis ratione ſacculi ſonantis & promiſſionis huic factæ, recte ſibi vindicant.

## §. IX.

*Eccleſia ſine teſtib9 per ultimam voluntatem relinqui poteſt.*

Ratione actuum, qui mortis cauſa fiunt, ſatis ſuperque notum eſt, teſtamentum, in quo aliquid eccleſiæ aut ad pias cauſas relinquitur, ſine ſolennitate juris civilis ad confectionem ultimarum voluntatum requiſita ſubſiſtere, ita ut duo teſtes in eo adhibiti ſufficiant, *cap. 11. X. d. teſtam.* etiam in terris Imperii Mevius *ad jus Lubec. p. 2. tit. 1. art. 2. n. 56.* Tiraqv. *priv. piæ cauſ. 1.* Rittersh. *Diſſ. jur. civ. & can. lib. 4. c. 2.* Imo nullis plane intervenientibus teſtibus, ſi modo propria teſtatoris manu ſit conſcriptum, validum habeatur, quoniam teſtes in hoc teſtamento non tam ſolennitatis, quam probationis cauſa requiruntur, probatio vero voluntatis ex teſtatoris ſcriptura jam certa adeſt; veluti contra ſententiam Carpz. *p. 3. Conſt. 4. def. 33.* Mantic. *d. conject. ult. vol. lib. 6. tit. 3. n. 9.* Treutl. *ad. Bach. V. 2. Diſp. 10. th. 6. lit. i.* Finckelth. *Obſ. 78. qv. 2. n. 26.* Mev. *ad Jus Lubec. p. 2. tit. 1. art. 2. n. 57.* ſtatuimus cum Dn. Struv. *Ex. 32. th. 23.* Maul. *d. ult. volunt. tit. 12. n. 6.* Reusner. *d. teſtam. p. 4. c. 12. n. 5.*

Richt.

Richt. *dec.29.n.15.ſeq.* Brunnem. *Jus. eccl.lib.2.cap.12.n.7.ibique,* Illuſt. Dn. Stryck. Id quod de legato in uſum ſacculi ſonantis relicto recte quoque aſſeritur.

§. X.

*legatum eccleſiæ relictum teſtibus non rogatis interbenientibus.*

Idem de teſtamento, in quo tale quid ſacculo ſonanti eſt legatum, teſtes tamen non rogati intervenerunt, dicimus, cum rogatio iſta teſtium in diſpoſitioue ad pias cauſas neceſſaria haud ſit, *arg. cap. 11. X. d.teſtam.* Et ſi mulier ad teſtimonium ſimul adhibita fuerit it tamen valebit. Tiraqu. *priv. piæ, cauſ.5.* Covarr. *ad cap. 11. d. teſtam.n.7.* Wammeſ. *conſ.389. n.47.* quamvis diſſentiat Ludvv. *d. ult. vol. p. 2. cap. 3.* cujus rationibus ſatisfacit Dn. Stryck *in not. ad Brunnem. Jus eccleſ. lib. 2. cap. 12. §. 2.* Quin & legatum tali in, caſu relictum, licet hereditas non ſit adita, debebitur. Ungeb. *ad Decred. tit. d. teſtam. n. 20.*

§. XI.

*Eccleſiæ incertæ relictum.*

Ex his, quæ jam prolata ſunt, manifeſtum evadit, illud quod teſtatur in ultima ſua voluntate Sacculo ſonanti relinquit & legavit, eccleſiæ deberi, cum id ad eccleſiam pertineat, & eius bonis accenſeatur, inprimis cum illud quoque quod ſacerdoti relinquitur in teſtamento, eccleſiæ relictum cenſeatur. *l. 20. §. 1. d. ann. leg.* niſi cauſa legato ſit addita, vel circumſtantiæ aliud demonſtrent. Mantic. *d. conj. ult. vol. lib. 8. tit. 6. n. 18. ſeq.* Illuſtr. Dn. Stryck. *ad Brunnem. jus. eccl. d. l. § 8.* Quid vero ſtatuendum, ſi quis certum legatum ſacculo Eccleſiæ ſolvendum in ultima ſua voluntate reliquerit, neque tamen eccleſiam ipſam expreſſerit? Diſtingvendum putamus, an unica ſaltem eccleſia aut templum

262



in loco iſto adſit, an plura. priori enim caſu ſine dubio teſtator reſpexit ad eccleſiam iſtius loci, in quo teſtamentum condidit *l. fin. C. d. SS. eccl.* In caſu poſteriori, illud præferendum eſt templum, in quo teſtator ſacra & cultum divinum exercuit. *Nov. 131. cap. 9.* Porro ſi eccleſiam certo cuidam ſancto dedicatam nominaverit, & plures ibidem inveniantur templa ejus nominis quid tunc judicandum ſit, ex *d. Nov. 131.* apparet. Nimirum pauperiori eccleſiæ legatum applicabitur. add. *l. 49. §. 5. C. d. Epiſc. & Cler.* cum in dubio teſtatur illam eccleſiam elegiſſe videatur, reſpectu cujus majus charitatis opus exercet. Barboſ. *ad. cap. 4. X. d. teſtam.* Mantic. *d. conj. ult. vol. lib. 9. tit. 3.* Quod ſi nullum in iſta civitate inveniatur hujus nominis templum, extet vero interritorio illo, huic utique debebitur; ſi nec in territorio iſto exiſtat, eccleſiæ civitatis, in qua teſtator domicilium habuit, aſſignabitur. Ritterhuſ. *in Nov. part. 6. cap. 14. n. 2.* Plura hic addere ſupervacuum eſſe ducimus, nec inſtituti ratio id permittit, quare ad reliqua progredimur.

CAPUT

# CAPUT VIII.

## DE
## *Cauſa miniſteriali ſacculi ſonantis qua uſum ſpectati.*

§. I.

**V**T oblationes fidelium per ſacculum rite peragantur, miniſtrantibus perſonis opus eſt, per quas collectio fiat. Vocantur hæ in noſtris eccleſiis Klingelſackſträger / ſive portitores ſacculi, quos & *Saccophoros* appellare liceret, niſi infamia nominis & ſectæ ab Impp. damnatæ, de qua *ſupr. cap.* 2. actum fuit, id prohiberet. Quis igitur huic muneri portandi ſcilicet ſacculi, præfici debeat, aut poſſit, paucis inquirendum erit. Sane, ſi veterem oblationem recipiendi morem in eccleſia uſitatum reſpiciamus, deſcriptum illum in Ordine Romano his verbis legimus: *Expleto ſymbolo, ſalutat Epiſcopus populum, dicens: Dominus vobiscum. Poſtea dicit: Oremus. Tunc canitur OFFERTORIUM cum verſibus. Hoc ſequitur Subdiaconus, ferens in dextro prachio patenam & in ſiniſtro calicem, in quo recipiuntur amulæ populorum & ſupercorporale, i. e. Sindonem, quod accipiens Diaconus ponit ſuper altare a dextris, proiecto capite altero ad Diaconum ut expandant. Deinde tranſit ſacerdos ad ſuſcipiendas OBLATIONES* Vid. Carol. du Fresne.

*Oblationis quondam ab ipſis Sacerdotibus ſuſceptæ.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0077-0

264



*Gloſſar. voce Oblatio. pag. 35.* Conſtat igitur ex his, quod priſcis temporibus ipſi Sacerdotes munus iſtud colligendi oblationes in ſe ſuſceperint, nec id dignitati ſuæ obeſſe exiſtimaverint, id certe nominis inde adepti, ut OBLATIONARII dicerentur. Car. du Fresne. *Verb. Oblationarius. pag. 10.* Quin & ordo Diaconorum ad hoc potiſſimum inſtituebatur, ut hi tanquam præfecti theſauri eccleſiaſtici adminiſttationi oblationum & cæterarum rerum eccleſiaſticarum inſervirent. Vid. Ziegler. *ad Lancell. lib. 1. tit. 22. §. 1. verb. Diaconi.* Barboſ. *de jur eccleſ. lib. 1. cap. 34.* Moribus noſtris ad functionem iſtam colligendi eleemoſynas & adminiſtrandi reditus eccleſiarum peculiares conſtitui ſolent perſonæ ſub nomine der Kirch-Väter / it. Kirchen-Vorſteher / vel Altarleute / de quibus *Ordin. provinc. Gothana part. 1. cap. 6. tit. 4.* ita diſponit: Damit der Kirchen und derſelben Güthern recht und wohl vorgeſtonden / auch die Kirchen-Gebäude deſto beßer erhalten werden mögen / ſo ſollen bey den Kirchſpielen jedesmahl gottsfürchtige und redliche Leute / und zwar zum wenigſten Zweene zu Kirch-Vätern oder Kirch-Vorſtehern erwehlet werden / welche denn auf alle Einſamlung des Allmoſens beym Kirchſpiel / daß bey demſelben weder Untreu noch böſer Schein mit einlauffe ein fleißiges Auge haben / nechſt Aufrichtung eines richtigen *inventarii* über die der Kirchen zuſtäntige liegente Gründe / Aecker / Wieſen und dergleichen / ſo wohl auch über den Kirchen-*Ornat* richtige Regiſter über alle deren Einnahmen und Ausgaben halten ſollen. Speciatim vero curam ſacculi ſonantis & pecuniæ per iſtum collectæ Antiſtibus hiſce deman-

*Vel à Diaconis.*

*Hodie peculiares perſonæ ſuæ ad id conſtituũtur.*

*Altariſta.*

demandare placuit potentiſſimo Saxoniæ Electori, dum in *Decredo Synodali generali de anno.* 1624. §. Es ſollen 2c. ſequentem in modum edicit: Es ſollen auch die Kirch-Väter mit dem Cymbel-Säcklein alle Son- und Feyertage das Allmoſen mit Fleis ſamlen und berechnen.

§. II.

Quamvis igitur munus hoc colligendi eleemoſynas in ſe pium ſit ac honeſtum, noſtra tamen ætate inferioris conditionis hominibus id imponi conſuevit. Neque enim eccleſiarum Paſtores aut Diaconi laborem iſtum amplius ſuſcipere ſolent, cum animarum præcipue cura eis incumbat & graviora longe ipſis expedienda ſint negotia, ob quæ partes iſtas non immerito detrectant. Hinc æditius ut plurimum, vel juxta cujuslibet loci conſuetudinem & legem, antiſtibus ſeu Curatoribus eccleſiarum munus illud demandari ſuevit, qui tamen id gratis vel pro tenui ſaltem ſalario in ſe ſuſcipere tenentur. Atque hinc quæſtio exſurgit: An munus iſthoc portandi ſacculum cuilibet civium imponi queat? Novimus equidem ad munera civilia ſubeunda omnes illos teneri, qui civitatis jus impetrant & commodis ejus frui deſiderant: quilibet enim civium non ſolum opibus ſuis & bonis, ſed etiam opera ſua rempublicam adjuvare obſtrictus eſt. Donell. *lib.* 12. *cap.* 4. Cùm tamen munerum iſtorum alia præſtantiora ſint, alia verò vilia *l.* 18. §. 2. *d. muner. l.* 5. & 7. *C. d. SS. Ecceſ.* Mund. *d. muner. cap.* 1. *n.* 10. & vilia quidem ea dicantur, quæ corporis potiſſimum miniſterio expediuntur, *l.* 12. *C. de. excuſ. mun.* Gail. *lib.* 2. *Obſ.* 52. *n.* 7. non poſſe id munus portandi ſacculum honoratioribus defer-

*Vel æditus*

*Non indiſtincte omnibus civibus munus hoc imponendum*

266



ferri, pronunciamus, quia pro viliori reputatur, de muneribus autem gerendis cum quæritur, inprimis conſiderandam eſſe perſonam ejus, cui muneris adminiſtratio defertur, JCtus ait in *l. 14.* §. *3. ff. d. muner.* & honorem ſuſtinenti munus imponi non poſſe, Modeſtinus ſcribit *l. 10. ff. d. muner.* Hinc licet in quibusdam civitatibus uſu receptum ſit, ut cives noviter in numerum civium allecti, ſacculum in eccleſia circumferre cogantur, honeſtiori tamen loco & familia natum, vel alia quadam dignitate conſpicuum ab hoc onere exemtum eſſe, recte ſtatuitur.

§. III.

*Probi & honeſti viri ad id eligendi.*

Neque tamen infimæ plebis homines iſti muneri præficiuntur, nec ſine diſcirmine quibusvis oblationum iſtarum collectio demandatur, ſed perſonis probis & ſpectatæ fidei id committitur, juxta ea, quæ in *præced.* §. *1.* ex *Ord. provinc. Gothana*, fuerunt adducta. Ex quo in ſimul liquet, idem ſed munus per ſe, miniſtrandi nullum adferre dedecus, ſed honeſtum eſſe ac lautabile, cum antiquitus ipſi Diaconi id obire haud erubuerint. Hinc optime hac de re ſententiam ſuam his verbis pronunciat Cyriacus Lentulus *lib. d. ſtat. rei Rom. pag. 980. Apud nos plerisque in locis alibi æditui abiectæ conditionis homines, alibi honorati viri Diaconi, inter concionandum in templo ſingulos adeunt, ſtipemque SACCVLO aut caſtellæ injectam colligunt. Diebus præterea aliis bini junctim cives domos opulentorum civium adeunt, ſtipem largiorem pateris argenteis conferendam clandeſtinis inter cives pauperibus,* für die Hauß-Armen / *excipiunt. Itaque*

*que ſatius & conſultius eſt ſtatuere, quod ſemper viri boneſta ex familia ſati huic muneri eccleſiaſtico præficiantur, cum nullum dedecus hoc peracto iſti adminiſtratorii accreſcere poſſit.*

§. IV.

Cum vero in civitate ſæpius incolæ reperiantur qui nim. jus civitatis non impetrarunt, nec municipibus annummerantur, domicilium tamen in urbe conſtituerunt. *l. 239. §. 2. de V. S.* non immerito quæritur, an hi quoque ad munus portandi ſacculum adigi queant? Id quòd omninò affirmandum eſt. Licet enim incolæ iſti ad ſuffragia & honores in civitate non admittantur. Lauterbach. *Compend. Jur. tit. ad munic. in fin.* ad civilia tamen munera ferenda obſtricti ſunt *l. 29. ff. ad municip. l. 1. & 3. C. d. incol.* inprimis cum commerciorum, connubiorum aliorumque jurium habeant communionem, & ſic recte quoque communia onera in ſe recipere teneantur. At vero forenſibus, & qui domicilium plane nullum in civitate conſtituerunt, munus hoc ut & alia ſimilia perſonalia imponi non poſſe, quilibet fatebitur Gail. *lib. 2. Obſ. 52. n. 8.*

*Incolis quoque imponitur.*

*non vero forenſibus.*

§. V.

Illud quoque noſtra conſideratione & diſquiſitione non eſt indignum, an Saccularii ſeu Saccophori iſti inter clericos quoque ſeu perſonas eccleſiaſticas ſin referendi, & clericorum juribus ſeu privilegiis polleant? Ita quidem videri poſſet, cum hi perinde ut Hierophylaces ſeu templorum cuſtodes, eccleſiæ pro modulo ſuo inſerviant, ejusque bonum promoveant.

*Saccofori clerici non annumerantur.*

Nam

Nam non illi ſaltem eccleſiæ inſervire dicuntur, qui in ſermone & doctrina laborant, ſed etiam qui exercitio cultus divini ſubſidiales operas præſtant, licet forſan minores. *vid. cap. cleros. 1. prdiſt. 21.* Veluti hinc muſicos organicos eccleſiaſticarum perſonarum tribui aſſociat Carpz. *Juris. coſiſt. lib. 1. def. 75. & 80.* Verum, cum alia ratio ſit cuſtodum ſeu æditorum, nec non organicorum, qui cantorem vices ſuſtinent, ſi non ſuperant, hi vero omnes in ſacris canonibus pro clericis habeantur, dicendum potius erit, Saccoforos iſtos eſſe perſonas laicas, eccleſiis tamen inſervientes, cujusmodi etiam cenſentur œconomi, defenſores ſeu apocriſiarii, parabolani, decani ſive copiatæ orphanotrophi, Xenodochi. *t. t. C. d. Epiſc. & Clerc.* nec non illi, qui inter S. communionem quibusdam in locis communicandibus linteola operta ſubtendunt. Dn. Schilt. *Jur. Can. Inſtit. lib. 1. tit. 10.* §. *11.* Seckend. teutſch-Fürſten-Staat. *p. 2. cap. 23.* §. *6.*

## §. VI.

*conſtituuntur tamen à Magiſtratu eccleſiaſtico*

Licet vero miniſtri jam dicti inter clericos accurate loquendo non reverantur, illorum tamen conſtitutio Magiſtratui eccleſiaſtico deneganda non eſt, præſertim ſi, veluti in pagis communiter fieri conſvevit, adminiſtatio redditium eccleſiæ iisdem ſimul concreditur, ut hinc Altariſtæ, vel Altarleute dicantur: cum ea, quæ ad bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem vel pauperum curam attinet, officio eccleſiaſtico magis quam ſeculari incumbant, *l. 33.* §. *4. C. d. Ep. & Cler.* Et quamvis quibusdam in locis uſu introductum reperiatur, ut eccleſiarum Patroni jus conſtituendi ejus-

modi

modi perſonas ſibi uſurpent, Superiori tamen inſpectio in easdem nec ibi eſt ademta. Brunnem. *Jur. eccl. lib. 1. cap. 6. n. 12.*

§. VIII

*Licet inferiori.*

Neque tamen neceſſum eſt, ut ſuperior Magiſtratus eccleſiaſticus aut Epiſcopus munus hocce diſpenſet, cùm talia munera viliora ab inferiori quoque Magiſtratu conferri ſoleant. *arg. l. 9. ff. d. muner. l. 13. §. 1. ff. d. vacat. mun.* adeoque parocho rurali facultatem conſtituendi ſaccophorum in eccleſia ſua competere, nemo forſan inficiabitur.

§. VIII.

*Certis diebus rationes reddere tenentur.*

De cætero, ſi ut compluribus in locis accidit, portitor ſacculi clangendis in ſimul adminiſtrationem redituum eccleſiaſticorum gerat, eundem ad rationes de collecta per ſacculum pecunia reddendas obſtrictum eſſe, facilè patet. Fit autem id ipſum certis eum in finem deſtinatis diebus, illi, cui negotium recipiendarum rationum ab Epiſcopo aut alio ſuperiore aſt demandatum, veluti hac de re ita diſpoſitum legitur in Decredo Viſitat. Archiepiſcopatus quondam Magdeburgenſis *de anno. 1656.* §. als auch ib. die Klingelſacks Pfennige aber gehören der Kirche / und werden derſelben bey den gewöhnlichen Rechnungs-Tagen gebräuchlich berechnet. Cum verò ad rationes iſtas reddendas aliqualis litterarum peritia requiratur, quæ in Adminiſtratoribus iſtis ſæpius deficit, opem vel paſtoris ſui vel aliorum expetere iidem jubentur in Ordin. Eccleſ. Magdeb. *cap. 23. §. 2.* quando de iis ſancitur: Das deren einer über Einnahme und Ausgabe / doch auf den Dörf-

 fern

270



fern mittelſt der Pfarrer Hülffe / da die Leute ſelten ſchreiben können / richtige Rechnung halten / und jährlich auf einen gewißen dazu beſtimten Tag in Gegenwart des Erb- und Gerichts-Herrn / *Patroni* oder auch des Raths und gewißer Perſonen aus der Gemeine / (nachdem es bishero jedes Orts bräuchlich) ingleichen des Pfarrers jedes Orts die Rechnung ablegen und *juſtificiren* / welche dieſe Rechnung mit Fleis erwegen und dahin ſehen ſollen / daß mit ſolchen Güthern richtig umbgegangen werde.

# CAPUT IX.

## DE
## *Affinibus ſacculi tinnientis.*

### §. I.

TRaditis jam iis, quæ ad inſtitutum noſtrum propius pertinere videbantur, pauca quædam de affinibus hujus thematis ediſſerenda veniunt. Scilicet quemadmodum oblationes, quæ in eccleſia per ſacculum ſonantem fiunt, vel in uſum ipſius eccleſiæ, vel ad pauperum ſuſtentationem adhiberi ſolent, ita nonnunquam ad ſimilem uſum collectas publicas per univerſitatem vel totam nonnunquam provinciam inſtituti novimus. Et quidem ſi eccleſia ſit ruinoſa & reparatione vel extructione indigeat, facultates vero & reditus ærarii ad hoc opus non ſufficiant, parœcianos ad fabricam iſtius eccle-

*Collectæ parochianorũ ad reparandam eccleſiam.*

eccleſiæ ſumtus ſuppeditare & conferre teneri certum eſt, per *cap.4.X.d.ecclceſ.ædific.* Ipſorum enim parochianorum cauſa & utilitas haud minima in eo vertitur, ut in æde ſacra cœleſti cibo reficiantur: Vnde Deus in vetere quoque teſtamento, ut podulus ad extructionem & ornatum ſanctuarii neceſſaria ſubminiſtraret, mandavit. *Exod.25.verſ.3.& cap.35.verſ.6.* Et ita quidem paræciani ad ſumtus hoſce ſuppeditandos obſtricti ſunt, ut nulla differentia habeatur inter manſarios, inquilinos aut hortulanos, die Hüffner/ Häusler und Gärtner / ſed omnes ad fabricam concurrere teneantur. Carpz. *Jpr. Conſ.lib.2.def.3.41.* nec Filialiſtæ, uti vocantur, ſint exemti. Carpzov. *d. lib. def. 346. nec* Nobiles. Carpzov. *d. l. def. 346.* ratione ſcilicet bonorum ſuorum allodialium Carpzov. *def.347.* Quanquam diſtributio pro modo facultatum, atque eo pacto, ne unus præ altero nimis gravetur, inſtituenda ſit, *l3. §.15.ff.d.mun.* Carpz. *d.lib. def.342.&344.* Add.Franzk. *lib. 2. reſol. 7.*

*cujuscunque ſint conditionis.*

*etiam Filialiſtæ*

§. II.

Ad alendos porro pauperes varii modi præter ſacculum iſtum ſonantem ad inventi ſunt. Cum enim ſola hæc oblatio ad illorum ſuſtentationem non ſufficiens viſa fuerit, plura remedia cum in finem adhibere neceſſitas juſſit, quæ fere enumerata legere licet in *Ordin. eccleſ.Ducatus Magdeb.cap.25.§.4.*verb. Alſo wird dasjenige dem Armen-Kaſten zur Allmoſen-Rechnung gelaſſen/ was Erbtheilung/ bey geſchloſſenen Kauffe/ Tauſche und andern Handlungen/ ingleichen von fremden Leuten in Gaſthöffen oder Wein-und

*Collectæ ſuſtentandæ pauperes*

272



Biet-Kellern / in beſondere dazu gemachte Büchſen und ſonſten in die Becken und Käſtlein / vor den Kirchthüren und den Kirchhöfen bey Leichbegängnüſſen gegeben und eingeleget wird. Idem fere ſancitur in *Ordin. Eccleſ. Ducatus Gothani part. 1. cap. 6. tit 3.* verb. Auch bey Hochzeiten und Tauf-Eſſen Büchſen aufzuſetzen / ingleichen wenn Kauff / Tauſch oder andere dergleichen *contracte* geſchloſſen und unterſchrieben / die Käuffer und Verkäuffer In ſolche Büchſen etwas aus guten Willen zugeben / zuvermahnen / ſo dann bey Leich-Beſtattungen Becken zu Samlung des Allmoſens geſetzet werden ſollen / wo ſie allerdings in Schwange / darinnen zu erhalten / im übringen aber von neuen nochmahls hinein zubringen auch wo einige Verwehr und Verbeſſerung dißfalls vor nöthig befunden würde / deſſelben an unſer *conſiſtorium* Bericht zu thun.

§. III.

*Collectæ pro extraneis*

Neque hic prætereuntus mos multis in locis receptus, quo Epiſcopos ad exterorum quoque & vicinorum præces intra ſines ſuæ diœceſeos collectiones fieri permittit, iiſque vel neceſſitati illorum, quorum bona incendio aut hoſtili vi deperierunt, vel reſtaurationi templi exuſti ſuccurrit: Id quod vel oſtiatim vel expoſitis ante fores templorum *patenis* aut *conchis* (uti Concilio Elibertano *can. 48.* vocatur) fieri aſſolet.

§. IV.

*Nummi miſſales*

Denique maximam convenientiam quantam cum oblationibus hiſce noſtris quatenus ad ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiæ faciunt, nummi miſſales habent, vulgò die Opfer-Pfennige. A veterum namque oblatio-

tio-

tionibus, quæ Opfer vocabantur, originem illi haud dubie traxerunt, dum videlicet ante ſacram communionem in prima eccleſia populus oblationes ſacerdoti liturgiam agenti coram altari offerrebat, Beſold. *Theſ. pract. voc.* Opffer. Quæ conſuetudo, ubi adhuc viget, merito hodienum obſervatur, jubente ita Potentiſſimo Saxoniæ electore in *Art. gener.* 23. Es ſoll hinführo ein jedes Menſch / das zwölff Jahr erreichet es habe *communiciret* oder nicht / ſeinen Pparrer alle *quartal* einen / und alſo das gantze Jahr vier Pfennige Opffer-Geld unweicherlich zugeben pflichtig ſeyn. Vid. Carpzov. *Jpr. Con lib.* 1. *def.* 105. Idem quondam in Archie Epiſcopatu Magdeburg. edixit Sereniſſimus eiusdem Adminiſtrator & Dux Saxoniæ, divus Auguſtus, *Decreto Viſitationis de anno* 1650. ita faciens: Als auch die Opfer-Ppennige von Alters den Pfarrern verordnet ſey / ſo ſollen dieſelben / allwo bishero hergebracht / von allen und jeden Menſchen / die das zwölffte Jahr erreichet / ſie ſeyn gleich zu Gottes-Tiſche gegangen oder nicht / jedes *quartal* ein Bfennig / und alſo jährlich vier Pfennig erleget daßelbe von denen Richtern oder Kirch-Vätern eingefotert / und neben nöthigen Bericht den Pfarrer treulich gegeben werden. Repetiit quoque hanc conſtitutionem potentisſimus Boruſsiæ Rex, tanquam ſucceſſor in dicto Archi-Epiſcopatu ſeculari, in *Ordin. Eccleſ. Magde. nup.* 19. §. 128. his verbis; Derohalben es bey dem / was und wie es jedes Orts gebräuchlich / und alſo auch wegen des Opffer-Geldes und Beicht-Ppfeñigs / wo er herbracht / allerdings gelaſſen wird. In *Ordinat. Conſiſtor. March. Tit.* 17. nummi iſti vocantur die Opffer oder Vierzeiten Pfennige / nomi-

274



tante illuſtri Dn. Stryck. *ad Brunnem. Jus eccleſ. lib. 2. cap. 6. §. 17.*

§. V.

*Panes ædituorum* Idem ſtatuendum de Panibus, quibus dam in locis Paſtori & æditúo offerri ſolitis, de quibus in electorali Saxonica Ordinatione *art. gen. 40.* ita diſponitur: Da auch die Gewohnheit den Pfarrern und Glöcknern Brod/ zu geben: & poſtea: So ſoll hinführo ein iedes Brod/ ſo man den Pfarrern und Glöcknern zu geben ſchuldig iſt/ ein gewöhnlich Haußbacken-Brod / und aufs wenigſte eines Groſchen werth ſeyn/ oder ſo es geringe und dem Kirchner nicht annehmlich / ein Silber-Groſchen dafür gegeben werden. Carpz. *Jpr. Conſ. lib. 1. def. 103. & 104.* His accedunt nummi ſeu *groſſi incolatus*, die Häuſel Groſchen / in Saxoniæ Electoratu ab Incolis qui agros haut poſſident, quotannis ſolvendi. Carpz. *d. l. def. 104. & 107.* idem *groſſi manſariorum*, die Hufen-Groſchen. Carpz. *def. 108.* nec non ova, petaſones, farcimina arida, & ſimilia pro conſuetudine cuiusvis loci, de quibus Stypman. *tr. d. Salar. Cleric.* aliique fuſius agunt. Quo pertinet id, quod in *Ordin. Eccleſ. Magdeb. cap. 26. §. fin.* ſtatutum legitur: Was ſonſten dem Küſter über das wöchentliche Schul-Gelt/ an Zeit-Geldern alle Quartal/ und an Brod/ Oſter-Eyern oder dergleichen pfleget gegeben zu werden/ und die *Viſitations regiſtraturen* melden/ ſolches ſoll ihnen auch ferner ohne Verzug entrichtet/ und unterm Brod ein gewöhnlich Hausbacken Brod verſtanden werden/ aber an eine gewiſſe Anzahl Eyer/ wo nicht ein gewiſſes herbracht/ oder dergleichen niemand verbunden ſeyn.

*Groſſi incolatus*

*Groſſi manſariorum*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0088-1

## §. VI.

Hæc ſunt, quæ de argumento hoc omnibus quidem noto, nondum tamen publicè pertractato aut elaborato, in medium proferre volui. Lectorem vero benevolum obnixe rogo, ut ſicubi forte erratum, vel quid minus acccuratè ſcriptum inveniat, pro ſuo candore emendet, & memor ſit illius, quod Juſtinianus in *Conſt. Tanta.d.Vet.jur.enucl.*§.14.ſcribit: *Omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quàm mortalitatis eſt.* Interim hic pedem figo, & in Chriſti nomine, à quo exorſus ſum labori colophonem impono.

*S. D. G.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0089-0

# COROLLARIA.
## DE
# AMBITV ECCLE-SIARVM.

### I.

Locus, in quo ædes Sacræ extruuntur, Sacer eſt, &, diruto etiam ædificio, Sacer adhuc manet. §. 8. *J. d. rer. div.*

### II.

Dicitur autem locus iſte *Sacer* à conſecratione, quæ per Pontificem Deo ritè fit. *d.* §. *8. pr.* Et hæc quidem penes Pontificios hodienum certis quibusdam & ſuperſtitioſis ceremoniis, apud Evangelicos verò deſtinatione & uſu peragitur. Brunn. *Iur. eccl. lib. 2. c. 2.* §. *1. ibique* Dn. Stryck. *in not.* Spectant. huc cumprimis, quæ Photius in *Nomocan. tit.* 2. περὶ ποιήσεως ἐκκλησιῶν, καὶ περὶ καθιερώσεως ἐκκλησιῶν, h. e. *de extruendis eccleſiis & de dedicatione eccleſiarum* ediſſerit. Vide & in Euchologio τάξιν γενομένην ἐπὶ θεμελίῳ ἐκκλησίας.

### III.

Neque eccleſia ſaltem & locus, in quo ea eſt ædificata, ſed AMBITVS quoque extra eccleſiam ſeu templum pro ſacro habetur.

### IV.

Reſtringitur verò hic Ambitus à ſacris canonibus ad certam usque quantitatem ita, ut Ambitus eccleſiæ majoris ſeu Matricis in circuitu habeat paſſus inte-

gres

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0090-6

gros *quatraginta*; minor autem *triginta*. Sic quippe Nicolaus Papa in *can. 6. cauſ. XVII. qv. 4.* ſancit: *Sicut antiquitus à ſanctis patribus ſtatutum eſt, ſtatuimus, ut major eccleſia per circuitum XL. paſſus habeat, capellæ verò vel minores eccleſiæ triginta.*

V.

Ambitum iſtum eccleſiarum eodem jure, quo ipſa eccleſia, gaudere volunt conciliorum decreda. Atque hinc, quemadmodum eccleſiæ immunitate quadam & aſyli privilegio donatæ ſunt, ut reum ad eas confugientem nemini inde abſtrahere fas ſit, *can. 9. cauſ. XVII. qv. 4. cap. 6. d. immun. eccleſ.* ſic quoque in ambitu iſto eccleſiæ delinquentes nec deprehendere, nec extrahere concesſum eſt. Id namque diffinivit Concilium Toletanum XII. *can. 20.* cujus ſanctio in *can. 35. d. cauſ. XVII. qv. 4.* his refertur verbis: *Vt nullus audeat confugientes ad eccleſiam vel reſidentes inde abſtrahere, aut quodcunque nobilitatis, vel damni, ſeu ſpolii reſidentibus in loco ſancto inferre: Sed eſſe potius his ipſis, qui eccleſias petunt, per omnia licitum, IN TRIGINTA PASSVS ab eccleſiæ januis progredi, IN QVIBVS TRIGINTA PASSIBVS VNIVSCVIVSQVE ECCLESIÆ IN TOTO CIRCVITV REVERENTIA DEFENDATVR.*

VI.

Vocatur hic eccleſiarum circuitus a Gregorio Turonenſi SALVITAS, nobis die Freyheit/ & ut eo magis conſtat, quousque hæc ſe extendat, anterioribus temporibus terminus iſte crucibus undiquaque fuit ſignatus. Vnde ambitus eccleſiæ noſtræ parochialis Jenenſis hodienum dicitur Auſſ Creutze/ notante Strauchio

M

chio *Amœn. Iur. Can. Semeſtr. 1. Eclog. 9. c. 15. in f.*

VII.

Hinc porro ſequitur, quod ſacrilegium is committat, *qui infregerit eccleſiam, vel TRIGINTA ECCLESIASTICO PASSVS, qui in circuitu eccleſiæ fuerint, vel domos, quæ intra prædictos paſſus fuerint, aliquid inde diripiendo vel auferendo* prout Joannes Papa VIII. ſcribit in *can. 21. cauſ. XVII. qv. 4.*

XIII.

Illud quoque ex præcedentibus infertur, quod, cùm intra ipſam eccleſiam delinquens, immunitate ejus non gaudeat, *cap. ult. d. immun. eccleſ.* idem dicendum ſit de eo, qui in Ambitu ecclefia ut circuitu anteà definito delinquit. Aloyſ. Riccius *Collect. deciſ. 113. part. 3.*

IX.

Conſtat & ex hactenus dictis, rectè facere eos, qui in iſto eccleſiarum circuitu ædificium aliquod profanum erigi prohibent. Cujus interdicti ſalubrltas ex eo quoque colligitur, quod non ſolùm ſanctitati loci ſtructura iſtiusmodi officiat, ſed & ipſis ædibus ſacris per eam periculum damni ex incendio forte oriundi immineat, aliaque incommoda inde meduenda ſint. Cujusmodi periculum movit & juris civilis conditores, ut ædificia alia mœnibus vel aliis operibus publicis ſociari interdicerent. *l. 14. C. d. oper. publ.*

*NOBI-*

*NOBILISSIMO ATQVE CLARISSIMO*

# DN. JOH. GEORG. LEIRITZIO

Præſentis Diſſertationis Autori

## CHRISTIANVS VVILDVOGEL. JC.

*S. P. D.*

*TOtius legitimæ ſcientiæ ambitum ſi quis animo ſuo concipiat, fateri neceſſum habet, tantam eius eſſe latitudinem, tantam profunditatem, ut vaſtiſſimo altiſſimoque pelago, cujus emetiri ſpatia vel plane non, vel non niſi maximo cum labore poſſumus, comparari queat. Vt enim principia iſta naturalia hominum rationi à Deo indita, quibus omne jus noſtrum ſuperſtructum eſt, taceam: ut etiam gentium placita, ex fundamentis iſtis naturalibus per liquidiorem diſcurſum deducta, & ob utilitatem vel neceſſitatam publicam recepta prætercam; ipſum ſanè jus civile, uti vulgo audit, tam latè patet, ut quicquid vel in cœlo, vel in mari, aut terra reperi-*

*peri-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0093-3

*peritur quin res tam divini, quàm humani juris docente Imperatore ſacratisſimo in* §. 1. J. d. J. & J. *complectatur, innumeris præterea ſubtilitatibus & perplexis dubiis involutum quaſi eſt & implicatum, ut illis omnibus addiſcendis aut evolvendis, non dicam quinquennium, quod temporis ſpatium olim Juſtinianus addiſcendæ Jurisprudentiæ præſcripſit, ſed ne ætas quidem longævi licet hominis, ſufficere videatur. Ad conſtabiliendam aſſerti hujus veritatem teſtes allego omnes eos, qui haud levi brachio nec per ſunctoria opera legum ſtudia aggreſſi ſunt, quive in ſtadio hocce per aliquot annos decertarunt: quò propius enim iſti propoſitum ſcopum ſe attigiſſe putaverint, eò longius jam ab eodem ſe abeſſe facile animatvertent, atque hinc alacriori curſu ad metam contendent. Quod ſi quis tandem juris canonici & eccleſiaſtici ſanctiones, feudalis juris conſvetudines hodiernas Reipublicæ germanicæ conſtitutiones, nec non ſingularum provinciarum placita, quin & civitatum urbium veſtatuta adjungat, tanta inde rerum cupia emerget, quam unius hominis memoria etiam felicisſima vix comprehendere ac tenere valet. Quæ cùm ita ſint, optime*

*ſibi*

*ſibi illos conſulere arbitror, qui jactis prius legalis ſcientiæ ſolidis fundamentis: ex ampliſſimo & fertiliſſimo jurium tractu ea præcipuè ſibi ſeligunt ac rimantur, quæ in ſocietatem, civilem uſum inſigniorem diſpenſant, hominumque commodo inſervire poſſunt. Non equidem illum laborem improbo, quo juris prudentiæ ſtudio deditii antiquiſſimorum temporum inſtituta ac leges inquirunt, rationes illarum veſtigant, & quæ ſecum pugnare videntur, in conſonantiam redigere annituntur; Sed omnem, imò ſaltem præcipuam vitæ partem hiſce impendere curis, id hominis otio abundantis, & qui nuta delectatur ſpeculatione, negotium eſſe crediderim. Quandò verò melius illi agunt, qui antiquarum legum fontes contemplati rivulos inde arceſſunt præſenti ævo ac ſtatui convenientes, atque ea, quæ in ipſis rerum obtinent argumentis ceu Imperator loqui amat in* proœm. Inſt. §. 3. inf. *ſolicitius pertractant. Id ipſum probè tecum penſitans,* Clariſſime Lairitzi, *poſtquam ſvaſu ac conſenſu chariſſimi Parentis tui legum ſtudio animum applicaſti, id curæ cordique Tibi fuit, non ut antiquas fabulas, aut id quod inutile eſt, addiſceres, ſed ut ſolidam acquireres prudentiam*

2 8

*juris, in iis præcipuè partibus, queis Reſp. carere nequit. Hinc non civiles modo & ſeculares Tibi familiares reddidiſti leges, ſed & eas, quæ eccleſiæ ſtatum componunt, illis coniunxiſti, quin & conſvetudines, quæ non minus ac ſcriptæ conſtitutiones, jus faciunt, curatè pertractaſti hactenus eamque nactus es ſcientiam, ob quam non unius aut duplicis, ſed triplicis imò quadruplicis juris Cultor & Candidatus merito ſalutandus videris. Monſtrat id ipſum elegantisſimum, quod eruditi orbis cenſuræ ſubjicis, de SACCVLO SONANTE in eccleſiis noſtris recepto ſpecimen, doctè à Te elaboratum, dùm eius fundamenta non ſolùm ex omni antiquitate eruta recenſes, ſed &, quid circa hoc argumentum pasſim in ſacris Principum evangelicorum conſtitutionibus ſancitum ſit, quid ve præter illas hac de re iuſtum reputari queat, perſpicuè exponis. Cum igitur Temet in hoc & aliorum elegantiorum ſtudiorum genere Venerandi tui Genitoris. Theologi noſtro hoc ævo famigeratisſimi, veſtigia premere videam non poſſum non & Illi & Tibi de egregio hoc conatu animitus gratulari, Deumque ſupplici voce precari, ut non ſolùm laudatisſimi Parentis Tui de Te conceptam ſpem abun-*

dè

*dè impleat, ſed & tua Ipſius ſtudia ad optatum finem perducat, quò Tua quoque operà Respublica & Patria in partibus ejus Tibi credendis aliquando poſſit gubernari. Vale!*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0099-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0100-8

Jena, Diss., 1705 St-Z

ULB Halle 3
005 360 749

TA → OC

1018

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0101-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0102-9

Q. D. B. V.

# DISSERTATIO IVRIS ECCLESIASTICI DE OBLATIONIBVS QVÆ FIVNT IN ECCLESIA PER SACCVLVM SONANTEM, vom Klinge-Beutel/

Quam

*Divina adſpirante Gratia,*

*RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO*

**DN. GVILIELMO HENRICO**

*SERENISSIMO JVVENTVTIS PRINCIPE*

DVCE SAXONIÆ, JVLIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM, ANGARIÆ, WESTPHALIÆ ET RELIQVA,

DVCATVS ISENACENSIS HEREDE

*INDVLTV INCLYTI JCTORVM ORDINIS IN ILLVSTRI SALANA*

SVB PRÆSIDIO

**DN. CHRISTIANI WILDVOGELII**

ICTI CONSVMMATISSIMI

CONSILIARII SAXO-ISENACENSIS INTIMI

CVRIÆ PROVINC. ET SCAB. NEC NON FACVLTAT. JURID.

ASSESSORIS GRAVISSIMI

JVR. PVBL. ET FEVD. ITEMQVE COD. ET NOV.

PROFESSORIS ORDINARII

*Dn. Patroni ac Præceptoris omni animi cultu ætatem devenerandi*

*Ad diem Novembris MDCCV.*

IN AVDITORIO ICTORVM

Publicæ commilitonum diſceptationi exhibet

AVT. & RESP.

JOH. GEORG LAIRIZ. Barutho-Francus.

JENÆ, Litteris MULLERIANIS.

1705, 27a
E 13. num. 32.
KONFRIEN UNIVERS. ZU HALLE
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-704620-p0103-5